

**DE**  
**DIALECTIS AEOLICIS**  
**ET**  
**PSEUDAEOLICIS**

SCRIPSIT

**HENRICUS LUDOLFUS AHRENS.**



---

**GOTTINGAE**

**APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.**

**MDCCCXXXIX.**

400 1000  
1000 1000  
1000 1000

# AUGUSTO BOECKHIO

S. P. D.

HENR. LUD. AHRENS.

**Q**uam ante hos decem annos almae Georgiae Augustae (heu, quantum nunc distat ab illa!) alumnorum numerum adscriptus primitias studiorum meorum (de Athenarum statu etc.) in lucem edidissem, nullum cujusquam iudicium gratius mihi contigit, quam quod Carolus Fridericus Hermannus, vir et doctrinae et humanitatis nomine insignis, primum eum Corporis Tui Inscriptionum Graecarum fructum appellare dignatus est. Ita enim a praeceptoribus numquam satis colendis, Beato Dissenio (et Carolo Odofredo Müllero, ita assiduo operum Tuorum usu Te et admirari et amare edoctus eram, ut summa voluptate afficerer, quam Tibi meam qualemcumque laudem debere atque Tecum pietatis quodam vinculo conjunctus esse viderer. Jam duobus lustris peractis quum majus opus publico iudicio committere auso iterum Tuis potissimum vestigiis insistendum fuisset, accedente praeterea insigni humanitate,

## VI

qua studia mea privatim adjuvisti, non potui mihi temperare, quin reverentiae meae atque pietatis documentum hoc Tibi dedicarem, simul quaesiturus, num hanc alteram Corporis Tui progeniem suscipiendam judicares. Neque despero fore, ut sanguinis quodam amore victus filiolarum, pulchrae matri vix comparandam, nolis aspernari. Pauca tamen praefando, quae plura essent, nisi molestissima dextrae debilitas ex aliquot mensibus scribendi laborem paene intolerabilem efficeret, infantis causam agere haud alienum videtur.

Operam in hac potissimum antiquitatis parte collocatam vix opus est excusare. Mirum enim potius videtur et paene incredibile, his triginta annis, quibus tantum studii et laboris in linguarum, nec minime Graecae, indole cognoscenda cum uberrimo fructu consumptum est, neminem existisse, qui post Maittairii opus Sturzii cura iteratum universam de Graecis dialectis doctrinam retractare dignaretur. Neque enim illi ita rem egerant, ut sua aetate magna laude digni essent, neque, etiamsi sex abhinc lustris, quae exhibuerunt, omnibus numeris absoluta visa essent, diu hominibus satisfacere poterant, quum gravissima multa grammaticorum scripta postea aut primum aut emendatiora in lucem edita, plerique scriptores Graeci accuratius recensiti, inscriptionum thesaurus Tua opera tandem reclusus, multa de singulis sagaciter et docte disquisita, denique linguarum ratio omnino penitus cognita, novam huic parti operam navari juberent. Ne-

que qui id faceret, indigne otio abusus esse cuiquam videri poterat, qui quidem Graecam linguam et Graecos scriptores accuratius cognoscere operae pretium judicaret, praesertim postquam Jacobus Grimmus, vir omni-gena laude cumulandus, conspicuo Grammaticae Diutiscae exemplo docuit, dialectorum secundum aetates. vel stirpes diversarum diligenti et sagaci comparatione quam possit in secreta linguarum penetrari.

Contra exponendum est, cur nostris humeris gravissimum onus subire conati simus, neque aliorum operam, praesertim liberali praemiorum pollicitatione nuper excitam, exspectare maluerimus. Lustrum ferme praeterlapsum est, ex quo otium nostrum Homericæ linguae per-vestigationi dedimus eoque omnium virium contentione eniti constituimus, ut veram et incorruptam Graecæ linguae, qua Homerus usus esset, speciem quam fieri posset accuratissime describeremus. Quo quum primum diligenti ipsius Homericæ linguae observatione pervenire conati essemus, neque sine aliquo fructu, nisi forte documentum studii nostri, quod in lucem edidimus \*), immerito doctorum quorundam aliquam laudem tulit; mox tamen intellectum est, summam operis non posse nos absolvere, nisi accurata Graecarum dialectorum cognitione instructos. Eo ipso tempore, novissimi anni mense Martio, in ma-

---

\*) Ueber die Conjugation auf  $\mu$  im homerischen Dialecte. Nordhausen 1838.

## VIII

nus nostras incidit Petropolitanae Academiae provocatio, qua omnium terrarum docti viri exciti sunt, ut pleno et absoluto Graecarum dialectorum corpore confecto et antiquissimae Graecae linguae ratione inde illustrata de praemio insigni munificentia proposito certarent. Quaestio proposita ita nostrorum studiorum rationi convenit, ut primo infelicissimum casum exsecraremur, quo post annum demum exactum provocatio illa in solitudinem nostram silvestrem perlata est, quippe qui, quum in gravissima operis parte jam diu versati essemus, plerisque melius instructi in arenam descensuri fuisse videremur; deinde, operis amore victi, quamquam totum perfici non posse satis patebat, dubitavimus, possetne fieri, ut graviore parte absoluta aliquam laudem reportaremur, et intrepido animo nos adcinximus. Mox intelleximus, ita non posse aliorum vestigiis insisti, sed omnia proprio labore esse retractanda, ut, si nobis, nedum doctioribus, satisfacere vellemus, integram quaestionem vix decem annorum indefesso labore, uno anno tantillam partem absoluturi essemus, quam Petropolitanae Academiae iudicio subicere ridiculum videretur. Ita tamen interea hoc studiorum genus adamaveramus totque nova et utilia in re paucorum studiis delibuta brevi tempore reperire nobis visi eramus, ut non possemus nobis temperare, quin et continuaremur opus inceptum et nostri laboris qualescumque fructus in publicum edere constitueremus. Neque tamen reprehensionem aut possumus aut volumus deprecari, si forte Pe-

tropolitana provocatione excitati doctiores in hoc argumento ita versati erunt, ut nostra studia inania videri possint. — Sin vero haec prima operis pars Tibi et aliis idoneis iudicibus aliqua laude digna erit visa neque alii interim exstiterint, qui laudabiliora exhibeant, propositum est de omnibus Graecis dialectis, praeter Atticam, quae vulgo grammaticis curae est, ita disputare, ut cujusque proprietates, omnium inter se ratio appareat. Neque tamen praemittenda iudicavimus, quae universo operi prooemio essent, et quia dubium videbatur an desistendum esset a proposito, et quia pleraque non possunt cum fructu disputari, priusquam de singulis dialectis accuratius quaesitum sit. Nunc sufficit monere, primum de iis nos acturos Graecae linguae differentiis, quibus variae Graecorum stirpes usae sunt, deinde ad eas accessuros, quae aut, quod in Homericis carminibus factum esse videtur, antiquorum rhapsodorum et librariorum culpa aut scriptorum arbitrio mixtam quandam speciem praebent, nisi forte inter ipsum opus ordinem propositum mutare satius visum erit. Ab Aeolicis dialectis initium faciendum duximus et quia fuerunt nuper, qui, Te potissimum auctore, Aeoles reliquis Graecis antiquissimae linguae tenaciores fuisse contenderent, et quia in hac operis parte minus doctorum studiis destituta optime, quid ipsi valeremus, dijudicari posse opinabamur.

De via atque ratione, quam secuti sumus, nunc in tanta scribendi difficultate praefari nolumus. Alii alia

## X

reprehendent et desiderabunt, qui si meliora docebunt, gratissimum nobis facient. Si qua deerunt ex antiquis grammaticis, e scriptoribus Aeolicis, ex inscriptionibus atque nummis, quae ad Aeolicam dialectum illustrandam facere videantur (neque tamen multa aut gravia esse confidimus), amplae bibliothecae continuo usu destitutis apud aequos iudices aliquid excusationis erit. Grammaticorum graviora testimonia quod in annotationibus subjecimus, omnibus, etiam qui illorum opera teneant, gratum fore existimamus. Contra ne libri moles supra modum augetur, maxime brevitati studuimus in grammaticorum erroribus refutandis, iis potissimum, qui quasi solemnes saepissime redeunt. Antiquorum enim de dialectis opiniones aliquando singulari commentatione illustrare in animo est. Non minus chartae pepercimus in recentiorum opinionibus commemorandis. Si qua acute et accurate disputata sunt ante nos, suas cuique laudes detrectare noluimus. Prae aliis nonnulla debemus Giesio, qui insigni doctrina instructus in Aeolicam dialectum inquirere instituit, sed, longe diversam a nostra rationem secutus, tantum in aditu operis moratus est, ut immatura morte praereptus vix limen superaverit, plura de Lesbiaca dialecto Nevio, Welckero, Seidlerio, plurima de Boco-tica Tibi. Errores autem, etiam eorum, qui merito summa doctrinae laude florent, raro, unde solent multi sibi laudem quaerere, amplis disputationibus detegere placuit, sed satis habuimus nostris rationibus probandis



illorum peccata tacite damnare. Saepius Tecum quam cum aliis pugnavimus, non quo saepius Te lapsum esse judicarem, sed quia tanta est Tua apud nos auctoritas, ut aegre ipsi nobis crederemus, si quando a Te dissentiendum videretur.

In Appendice Alcaci, Sapphus, Corinnae carmina addidimus, quanquam nuper a Schneidewino nostro in Delectu multo quam antea emendatiora edita erant. At primum id spectavimus, ut lucido exemplo declararem, qua dialecto illorum carmina usa esse arbitraremur, nostro quidem proposito audaciorem constantiam convenire rati; praeterea haud paucas, quibus sensus tangitur, emendationes tentavimus. Ordinem fragmentorum servavimus Schneidewinianum, numeris tamen Matthianis et Nevianis adscriptis; addidimus ea frustula, quae ille suum consilium secutus omisit; in notulis eas librorum lectiones enotavimus, quae proxime ad conjecturas receptas accedunt, et brevissime, plerumque ad nostrum libellum vel ad Museum Rhenanum ablegando indicavimus, cur a prioribus editoribus, maxime a Schneidewino discesserimus. Quum enim, ne libri moles nimis auferetur, emendationes nostras, quae ampliore disputatione egerent, Welckero transmissemus, pars in Musei Rhenani vol. VI. fasc. II. lucem vidit, reliquis speramus Welckerum in proximo fasciculo locum concessurum. In Theocriti carminibus Aeolicis raro a codicibus discedere ausi sumus, quia latet, quam accurate imitator

	Pag.
De praepositionibus. §. 28. . . . .	149
De adverbis. §. 29. . . . .	152
De vocum formandarum proprietate. §. 30. . . . .	157
De universa Lesbiacae dialecti indole. §. 31. . . . .	160
<b>De dialecto Boeotica.</b>	
De fontibus. §. 32. . . . .	164
De accentu. §. 33. . . . .	166
De spiritu. §. 34. . . . .	168
De digamma. §. 35. . . . .	169
De consonantibus simplicibus. §. 36. . . . .	172
De consonantibus duplicibus et duplicatis. §. 37. . . . .	175
De vocalibus brevibus. §. 38. . . . .	178
De vocalibus longis. §. 39. . . . .	181
De diphthongis. §. 40. . . . .	186
De Boeoticae dialecti in vocalibus proferendis inconstan- tia. §. 41. . . . .	194
De vocalibus productione suppletoria ortis. §. 42. . . . .	200
De contractione. §. 43. . . . .	201
De declinatione. §. 44. . . . .	202
De pronomibus. §. 45. . . . .	206
De conjugatione. §. 46. . . . .	208
De praepositionibus. §. 47. . . . .	212
De patronymicis et diminutivis. §. 48. . . . .	214
De Boeoticae dialecti indole et antiquitate. §. 49. . . . .	216
De dialecto Thessalica. §. 50. . . . .	218
Aeolicarum dialectorum inter se comparatio. §. 51. . . . .	222
<b>De dialectis Pseudaelicis.</b>	
De dialecto Eleorum. §. 52. . . . .	225
De dialecto Arcadica. §. 53. . . . .	231
De reliquis dialectis Pseudaelicis. §. 54. . . . .	234
<b>Appendix.</b>	
Alcaei fragmenta. . . . .	241
Sapphus fragmenta. . . . .	256
Theocriti Carmina Aeolica. . . . .	274
Corinnae fragmenta. . . . .	277
Foedus Eleorum et Heraeensium. . . . .	280

## Index siglorum et abbreviationum.

---

- A.** vel **Alc.** Alcaeus e nostra, quam in Appendice dedimus, recensione.
- Ann. Ox.** Anecdota Graeca e codd. manuscriptis bibliothecarum Oxoniensium descripta a Cramero.
- App. Et. G.** Appendix Etymologici Gudiani.
- Auct. π. ὄμ. δ.** Auctor *περὶ Ὀμηρικῆς διαλέκτου* apud Maittairium de dialectis ed. Sturz.
- Aug.** Grammaticus Augustanus post Schaeferi Gregorium Corinthium.
- Bekk.** Anecdota Graeca Bekkeri.
- Choer.** Choeroboscus et, ubi nihil additur, ejus liber de orthographia in Anecdotorum Oxoniensium volumine secundo.
- Cor.** Corinnae fragmenta in Appendice.
- C. I.** Corpus Inscriptionum Graecarum ed. Boeckh.
- Cum.** Marmor Cumaeum. vid. §. 2.
- Cod. Par.}** Excerpta e codice Parisiensi post Schaeferi Grego-  
**Exc. Par.}** rium Corinthium.
- Et. G.** Etymologicum Gudianum.
- **M.** — Magnum.
- **Or.** — Orionis.
- Eust.** Eustathii Commentarii Homerici.
- Ex. Cr.** Exercitationes Criticae.
- Giese** über den Aeolischen Dialect.
- Gr.** Grammaticus.
- Greg. C.** Gregorius Corinthius ex editione Schaeferi.

## XVI Index siglorum et abbreviationum.

- H. Ad.** Hortus Adonidis.  
**Herod.** π. μ. λ. Herodianus *περὶ μονήρου λέξεως* ed. Dindorf.  
**J. Gr.** Joannes Grammaticus in Horto Adonidis.  
**Jo. Al.** Joannes Alexandrinus *περὶ τόνων* ed. Dindorf.  
**Lamps.** Marmor Lampsacenum, vid. §. 2.  
**Leid.** Grammaticus Leidensis post Schaeferi Gregorium Corinthium.  
**Lesb.** Inscriptiones Lesbiacae in Corp. Inscr.  
**Lex. de spir.** Lexicon de spiritibus post Ammonium Valckenarii.  
**Meerm.** Grammaticus Meermannianus post Schaeferi Gregorium.  
**Mus. Rhen.** Musei Rhenani Welckeriani Vol. VI. Fasc. II. et fortasse Fasc. III., vid. Praef.  
**Ox.** Anecdota Oxoniensia Cramerii.  
**Prisc.** Priscianus ed. Krehl.  
**S.** Sapphonis reliquiae in Appendice.  
**Scholl. Dion.** Scholia ad Dionysium Thracem in Bekkeri Anecdotis.  
**Seidl.** Seidlerus in Mus. Rhen. 1829.  
**Th.** Theocritus in Appendice.  
**Tryph.** παθ. λξξ. Tryphonis *πᾶθη λέξεως* in Mus. Cantabr. Vol. I.  
**Vatic.** Excerpta e codice Vaticano post Gregorium Schaeferi.
-

## De dialectis Aeolicis in universum.

### §. 1.

**Q**uod vulgo quatuor Graecae linguae dialecti enumerantur, Attica, Ionica, Dorica, Aeolica<sup>1)</sup>, indicare videtur, omnes, qui reliquis non usi sint, Graecos Aeolice loquutos esse et Aeolicae fuisse stirpis. Neque aliter Strabo<sup>2)</sup> judicavit, qui hanc stirpem dicit plerosque Graeciae populos amplecti; extra Isthmum omnes, exceptis Megarensibus, Atticis et Doribus ad Parnassum, Iamtum Aeoles vocari; Peloponnesum olim totam Aeolis tenuisse, quibus etiam Achaeos adnumerat; post Heracleidarum reditum solos Elcos et Arcades integriorem

1) Vid. quos affert Maittair. de diall. ed. St. p. XXX; dialectum communem, quam multi quintam ponunt, consulto omisimus.

2) Strab. VIII. p. 513: πάντες οἱ ἐκτὸς ἰσθμοῦ πλὴν Ἀθηναίων καὶ Μεγαρέων καὶ περὶ τὸν Παρνασσὸν Δωριέων καὶ νῦν ἐτι Αἰολεῖς καλοῦνται. — καὶ οἱ ἐντὸς Αἰολεῖς πρότερον ἦσαν; εἰτ' ἐμίχθησαν; Ἴωνων μὲν τῆς Ἀττικῆς τὸν Αἰγιαλὸν κατασχόντων; τῶν δὲ Ἑρακλειδῶν τοὺς Δωριεῖς καταγαγόντων — οἱ μὲν οὖν Ἴωνες ἐξέπεσον πάλιν ταχέως ὑπὸ χαιῶν; Αἰολικοῦ ἔθνους, ἐλείφθη δὲ ἐν τῇ Πελοποννησῷ τὰ δύο ἔθνη, τε Αἰολικὸν καὶ τὸ Δωρικόν. Ὅσοι μὲν οὖν ἦσαν τοῖς Δωριεῦσιν ἐπέβησαν, καθάπερ συνέβη τοῖς Ἀρκάδι καὶ τοῖς Ἡλείοις — οὗτοι Αἰολεῖς διελέχθησαν. οἱ δ' ἄλλοι μικτῇ τινὲ ἐχρήσαντο ἐξ ἀμφοῖν, οἱ μὲν ἕλλον, οἱ δ' ἦσαν Αἰολίζοντες. —

Aeolicam dialectum servasse. Strabonem vero in his non antiquas de Aeolica stirpe et dialecto traditiones, sed vulgatam illam quatuor dialectorum divisionem sequutum esse, ipse satis prodit, quum paullo ante tot Graecorum fuisse stirpes affirmat, quot dialectos, quatuor, Ionicam, Atticam, Doricam, Aeolicam, Athenienses propter dialectum male ab Ionibus segregans, dum Heraclides Ponticus apud Athen. XIV, 624 cautius tria Graecorum γένη Doras, Aeoles, Iones distinguit. Neque recte Strabo illa divisione omnes Graecorum stirpes et dialectos contineri opinatus est. Antiqui enim grammatici eas tantum dialectos spectabant, quibus scriptores usi essent, ceteras, quae non vigeabant, nisi in ore populi, non curabant. Nec, si omittamus, quaecunque e mythicis genealogiis colliguntur, quia vix quidquam est, quod inde colligi nequeat, Elei, Arcades, Locri, Phocenses, Aetoli, Acarnanes, unquam praeter Strabonem Aeolicae stirpis diserte adnumerantur vel Aeolica dialecto usi esse referuntur. Contra, ut taceamus de Arcadibus Pelasgiis quia etiam Aeoles Pelasgi vocantur<sup>3)</sup>, Locri certe Leleges habebantur<sup>4)</sup>, Aetoli adeo Doribus adnumerantur<sup>5)</sup>, nec minus Epirotae Dorica dialecto uti dicuntur<sup>6)</sup>, quamquam vera sint, alio loco quaeretur. Nunc sufficiat monere, et in Eleorum Arcadumque dialectis nihil, quod quidem sciamus, inesse, cur Aeolicae potius quam Doricae dialecto adnumerentur, et Phocenses, Delphos

3) Herod. VII, 95. Strab. V. p. 335.

4) Strab. VII. p. 495. Dion. Hal. I, 18.

5) Steph. Byz. s. v. Ἰωνία: ἐν δὲ Δωρικῶσιν Αἰτωλοὶ, ἐν δὲ Αἰολικῶσιν Βοιωτοὶ, ἐν δὲ Ἰωνῶσιν Ἀθηναῖοι.

6) Joann. Gr. 236, b: Δωρικῶσιν χρῶνται Ῥόδιοι τε καὶ Κῶοι καὶ Πιλοπονήσιοι καὶ Κρίσκοι καὶ Σικελοὶ καὶ Διβύες καὶ οἱ τὴν ἤπειρον ἐπιπορευόμενοι οἰκοῦντες, pro quo in recentioribus editionibus et Gr. Meerm. p. 642 est οἱ τὴν παλαιὰν ἤπ. οἰκ. — Κρίσκοι in edd. recc. et apud Gr. Meerm. omissum nescio, quomodo emendari possit, nisi vel Κρισῶσιν, quanquam mirum est urbis olim dirutae a grammaticis mentionem fieri.

Actolos, si qua fides est inscriptionibus, non multum a Dorica dialecto discrepare (vid. §. 52—54).

2) Strabone repudiato tres tantummodo populi ab Heraclidarum inde reditu et Aeoles vocantur et Aeolica dialecto usi dicuntur, Aeoles Asiani, Boeoti, Thessali.

In Aeolibus Asianis firmissime haesit Aeolum nomen, ita ut nullo alio appellarentur. Quo quum accederet praeterea, quod horum dialectus e Lesbiorum poëtarum carminibus notior erat ceteris, non mirum est, antiquos, ubi Aeoles Aeolicamque dialectum nominant, fere semper Asianos Aeoles significare. Patet vero haec grammaticorum consuetudo inde, quod Alcaeum et Sappho Aeolicae dialecti auctores habere solent, et quod quae ex illa tradunt, nunquam fere non conspirant cum Lesbiorum poëtarum et titulorum lingua, simul a Boeotorum et Thessalorum dialectis haud levi discrimine distant. — Boeoti non multis, sed certissimis testimoniis Aeoles vocantur<sup>7)</sup>, et interdum, raro tamen, grammatici, qui utrumque Boeoticam dialectum suo nomine distinguunt, Aeolica vocant, quae certissime aut magna cum veri specie Boeotica habenda sunt<sup>8)</sup>. Thessaliam olim fere universam Aeolum fuisse, antiquis certum erat, qui ipsam terram Aeolidis nomen habuisse tradunt<sup>9)</sup>. Etiam Thessali, qui e Thesprotia irruentes antiquis incolis vel expulsis vel subjectis terrae a se nomen indidere, Aeoli-

7) Thucyd. VII, 57. cf. III, 2; Steph. B. s. v. *Ἰωλία* et s. v. *αἰλία* e Theopompo; Pausan. X, 8; Id. IX, 22, 3 Corinnam, quae Boeotica dialecto usa est, cecinisse dicit, *ὅποια συνήθειον ἔμαλλον ἰολεῖς*; Plut. Q. Symp. VI, 7. p. 694, A, ubi Plutarchus Boeotus *καὶ ἡμῖν Αἰολεῦσιν*; Id. Quaest. Gr. p. 292. *Βοιωτοὶ Αἰολίζοντες*; Holl. Pind. Ol. I, 162 et Pyth. II, 127.

8) Res certissima in Prisc. I. p. 35. vid. §. 38 not. 5; alia videmus §. 37 not. 1, §. 40, not. 5. 9, §. 42, 1 etc.

9) Herod. VII, 176. *Θεσσαλοὶ ἦλθον ἐκ Θεσπρωτῶν, οἰκήσαντες ἐν γῆν Αἰολίδα, τήνπερ νῦν ἐκτίταται.* cf. Diod. IV, 67. 68 etc.

bus cognati dicuntur ab Heraclide Pontico <sup>10</sup>). Quae forte minus accurate antiquos incolas Thessalis sub Thessalorum nomine significasse putes, tamen hos antiquam dialectum servasse et fortasse cum dominioribus communicasse, et satis verisimile est et conbatur iis, quae de Thessalorum dialecto cognita habentur quippe quae fere omnia vel Asianis Aeolibus vel Boeotia communia sint. Etiam Perrhaebi, antiquus Thessalicus populus, Aeolibus adnumerantur, eorumque urbis Thessalicum nomen recte, ut videtur, ex Aeolica dialecto ducitur <sup>11</sup>). Denique grammatici, rarissime quidem, Aeolibus tribuere videntur, quae sunt Thessalicae dialecti (vid. §. 50, 3).

3) Praeter hos tres populos nulli Graecorum, quam, si Strabonem excipias, Aeolibus adnumerantur. Illos enim Aeoles, qui antiquissimis temporibus Corinthis in Euboea, in Aetolia habitabant, postea a Doribus Aetolis, Aetolis pulsi sunt, nostro jure praetermittimus. Nec plures quam tres Aeolicas fuisse dialectos, eorumque grammatici cujusdam notabili testimonio comprobatur <sup>12</sup>). — Summopere autem cavendum est, ne quae fuerint Aeolicam dialectum putemus, cujus tria genera

10) Heracl. ap. Ath. XIV, 624, C: *Θεσσαλοί εἰς τὴν ἀρχήν ποτε Αἰολεῦσι μεταδόντες.*

11) Steph. Byz. s. v. *Γόννοι* ex Eustathio p. 335, 38 supra. vid. §. 50 not. 3.

12) Gramm. Leid. p. 639: *γεγόνασι δὲ αὐτῆς (Αἰολίδος) τρεῖς μεταπτώσεις*, quae explicanda sunt ex eodem p. 629, ubi Ionicae dialecti agnoscit quatuor *μεταπτώσεις*; in quo quum aperte Herodotus sequutus sit, qui (I, 142) Ionicae dialecti dicit esse *τέσσαρες τριτύπους παραγωγῶν* in quatuor Ioniae partibus, etiam Aeolicae dialecti varietates intellexit, non procedente tempore natas, secundum tres Aeolicae stirpis populos diversas. Neque aliter idem de dialecto Dorica p. 635: *γεγόνασι δὲ αὐτῆς μεταπτώσεις πλείους οὐ μόνον κατὰ πόλεις ἀλλὰ καὶ τὰ ἔθνη* (Koen. *κατὰ ἔθνη ἀλλὰ κατὰ πόλεις*); eadem a J. Gr. 242, a, Greg. Cor. 24, Meier 656 vocantur *ἰποδιαίρεσις τοπικαί*.



repperint, ut ad omnes Aeoles referri possint, quae singulis tradantur et maxime quae Aeolica vocentur, de reliquorum differentia constet. Quem perniciosum rem furca propellendum esse, Aeolicarum dialectorum, infra (§. 51) instituemus, comparatio lucidissime fit. Apparebit enim, Aeolibus Asianis et Boeotis fere commune esse, quin idem sit Doriensium, conculptis gravissimis rebus ita eorum dialectos differre, ut aequae vix alteri cognata videretur, nisi Thessalica, inter illos, atque utrique haud dubie affinis, dissimilatores eadem matre ortas esse proderet. Praeterea grammaticos, ubi de Aeolica dialecto loquuntur, semper de Aeolibus Asianis, raro de Boeotis vel Thessalis, quam de omnibus Aeolibus cogitasse, satis inde apparet, quod quae Aeolica vocantur, ea ipsa rarissime in Asia et Boeotis communia sunt, et utrique simul nominari solent, si convenit inter eos.

4) Quae quum ita sint, rem ita instituendam duximus, ut de singulis dialectis Aeolicis ageremus, Aeolibus Asianis omnia dubitanter adscriberemus, quae in Asia Aeolica a grammaticis vocentur, non reperiuntur in poetis Lesbios neque in Aeolidis Asiaticae titulis, quae ea in horum dialecto tractanda silentio transmittimus, quae Aeolibus tributa, Boeotica vel Thessalica esse, certissimum videtur. — Deinde etiam de ceteris, quae vulgo Aeolicae habentur, dialectis Eleorum, Arcaicis, aliorum Pseudaelicarum nomine disputabimus, quod si alius appareat, optimo jure contra Strabonis auctoritatem ex Aeolicarum numero eas a nobis exemptas esse. —

## De dialecto Aeolum Asianorum.

### §. 2.

#### De fontibus.

1) Grammaticos antiquos, ubi monent de dialecto Aeolica, nunquam fere non intelligere solos Asianos

Aeoles, auctores habere Alcaeum et Sappho; supra nominimus. Unus Heraclides semel accuratius Lesbiorum dialectum distinguit<sup>1)</sup>. Inde et ipsi, ubi nullum erroris est periculum, saepe Aeolicae dialecti nomen retinebimus, ubi accuratius distincto opus est, vel Asianos Aeoles nominabimus, vel brevitatis studio Lesbiacam dialectum vocabimus, a qua continentis incolas non multum recessisse, marmor Cumaeum docet. — Ceterum de grammaticorum auctoritate alio tempore agendum est. Nunc sufficit monere, plurima et optima deberi Heraclidae Alexandrino, ejus haud pauca servavit Eustathius, Apollonio Dyscolo et Herodiano, hujus filio, unde omnia fere sua hauserunt Theognostus, Chocroboscus et Etymologica. Neque tamen hos omnis erroris immunes esse, accurata inquisitio docebit. Grammatici de dialectis, Joannes, qui fertur, Philoponus sive Grammaticus, Grammatici (qui editi sunt post Gregorium Corinthium) Leidensis, Augustanus, Meermaunianus, Vaticanus, deinde Excerpta Birnbaumiana post Etymologicum Gudianum, denique Gregorius Corinthius ex eodem fonte sua derivarunt, nisi quod hic pauca aliunde hausta addidit, et, quanquam saepe ita sunt corrupti, ut nihil inde sani elici possit, tamen multa non contemnenda de Aeolica dialecto tradunt. —

2) Certissima Lesbiacae dialecti, qualis inde ab Alexandro M. erat, cognitio capitur ex inscriptionibus Lesbiacis; quod valde dolendum, satis paucis. Propriam Lesbiorum dialectum tenent nr. 2166, Alexandri M. tempore incisa, quae quanquam lacera tamen summi est pretii, nr. 2167 valde lacera et recentioris aetatis, ut docet  $\bar{\epsilon}\bar{i}$  pro  $\bar{i}$  in  $\mu\omicron\lambda\epsilon\iota\tau\alpha\iota\varsigma$ , deinde nr. 2172—2190 breviores et Romanorum imperatorum tempore scriptae, sed propter dialectum antiquam fidelius servatam, quam aliis in civitatibus hoc tempore fieri solet, non negligendae. Accedit decretum Cumaeorum, quod legitur in (Caylus) Re

1) Eust. 1613, 22 ex Heracl: τὸ γέλαμι καὶ τὰ λοιπὰ Αἰολικὰ ὄντα τῆς Λέσβων ἔχονται διαλέκτου.

*cuēi d'antiquités Vol. II. Pl. LVI—LVIII*, Augusti tempore scriptum, cujus dialectus nihil fere differt a Lesbiaca; denique ignotae urbis Aeolicae decretum ad Lampsacenos, unde nonnulla protulerunt Koenius ad Gregorium et Giesius de dialecto Aeolica, meis precibus, quale mox in Corpore Inscriptionum Graecarum in lucem prodibit, insigni humanitate Boeckhii et Franzii concessum. Titulus ante Romanorum in illis regionibus imperium scriptus videtur; interdum purior Aeolismus desideratur, ut *πᾶσαι* l. 9 pro *παῖσαν*, l. 28 *ὑπάρχειν* pro *ὑπάροχην* etc., vel dialectus sibi non constat, ut l. 16. 22 legitur *ἐν τῷ ἄγωνι*, quanquam in reliquis iota dativi semper omittitur, quae inde explicanda sunt, quod inscriptio Lampsaci, in urbe non Aeolica, a lapicida Aeolicae dialecti ignaro incisa est. —

3) Poëtae Lesbii, Alcaeus et Sappho, Aeolica i. e. Lesbiaca dialecto usi feruntur<sup>2)</sup> et saepissime a grammaticis ejus auctores habentur. Et satis quidem accurate eam expresserunt, non, ut Dorici poëtae lyrici, dialectam sibi ipsi finxerunt e variis dialectis compositam. Modo enim reputemus, in fragmentis hic illic servatis proprietatem dialecti facile deleri, paucissima, immo nulla fere apud illos leguntur diversa ab iis, quae aliunde Lesbiaca fuisse certum est. Nam ne duplices quidem, quae interdum reperiuntur<sup>3)</sup>, formae sunt certa mixtae dialecti indicia; saepe enim in linguis et dialectis simul vigent formae pleniores et breviores, obsoletiores et usitatiores, neque mirum maxime poëtas talem linguae copiam in suum usum convertere, ut iidem quantitate syllabarum in

2) Apoll. de synt. 279, 25. Joann. Gr. 245, b, Greg. C. p. 6, 11, Leid. 639, Meerm. 613, Epigr. in Scholl. Pind. p. 8, B.

3) Ut *πιζω* et *παζω* apud Alcaeam teste Herod. π. μ. λ. 44, 9 (§. 12 not. 1); gen. sg. decl. II. in *ω* et *σω* §. 20, 3; dat. pl. decl. III. in *σοι* et *σι* §. 21, 3; *βασιληα* et *Ἀχιλλεα* §. 21, 6; digamma modo assumptum modo neglectum vid. §. 5, 3; *πόθημι* et *ποθήμω* §. 25, 5 etc.

vulgarī sermōne minus certa ex arbitrio uti solent <sup>4)</sup>. Ceterum Lesbiorum poëtarum dialectum majoris hic illic antiquitatis vestigia habere, quam quae in titulis multo recentioribus reperitur (vid. §. 31), neminem mirum habebit. — Fragmenta Alcaci et Sapphus, quantum fieri poterat, propria dialecto restituta, in Appendice addidimus. —

Praeterea Lesbiaca dialecto utuntur Theocriti idyllia 28 et 29, quorum dialectus a scholiasta <sup>5)</sup> Aeolica vocatur. Dialectum in priore codicum ope fere integram restituere licet; pauca non Aeolica, ut *ἰερὸν* pro *ἴρον*, *ἀπαλαλκήμεν* pro *ἀπαλάλκην*, metrum tuetur; in altero saepius codices deserunt. Nec mirum esset, si etiam saepius imitator puram dialectum Lesbiacam non expressisset. Etiam haec carmina in Appendice emendatiora addidimus. Quae vulgata contra Aeolicae dialecti indolem in iis leguntur, saepe tacite negleximus.

4) Alii poëtae carminibus suis Doricis nonnulla e dialecto Lesbiaca intermiscuerunt. Alcman, qui ab Apollonio Dyscolo de pron. p. 136, ubi de digamma loquitur, *συνεχῶς Αἰολίζων* dicitur, nec minus a Prisciano, de eodem digamma agente (I. p. 21. 22), inter poëtas Aeolicos <sup>6)</sup> refertur (vid. §. 5 not. 4 et 12), digamma quidem non minus a Doribus antiquis accipere poterat, sed alia sibi concessit solis Asianis Aeolibus propria, ut *σδ* pro *ζ*, *ἔχοισα* etc. — Recte etiam Pindarus et Dorica et Aeolica dialecto usus esse dicitur ab Eust. p. 1702, 5 (cf. Ann. Ox. I, 278; *Αἰολεῖς μαῖσα, ὧν ἐστὶ Πίνδαρος*); is enim

4) Talia sunt *ἄρανος* et *ὄρανος*, *περῶτων* et *περάτων*, *μίσσος* et *μίσος* etc. vid. §. 8, 11; §. 9, 1 et §. 16, 3; §. 7, 1 et §. 16, 2.

5) Argum. Id. 28. *γέγραπται δὲ Αἰολίδι διαλέκτω*; item Id. 29. in eodem cod. Vat. 6. inscriptum est *Αἰολικά παιδικά*.

6) Inde etiam hexametri, quos Priscianus ibidem ex Aeolicis poëtis non nominatis affert, Alcmanis esse videntur, docente etiam Laconica forma *Μῶσα*, vid. §. 5, not. 5; de uno ex illis versibus idem sensit Welckerus ad Alcman. fr. 1.

etiam plura quam Alcman a Lesbiis assumpsit, non solum ἔχοισα, Μοῖσα, sed etiam ὀρθώσαις, πνέουσι pro ὀρθώσας, πνέουσι et similia vere Lesbiaca, vid. §. 10. — Theocritus quoque, ut Argumenti ad Id. I. verbis utamur, οὐκ ἀπολιμπάνεται καὶ Αἰολίδος διαλέκτου; certe, etiamsi Id. 28 et 29 omittas, saepe similia atque Alcman adhibuit, σδ pro ζ, Μοῖσα etc. — Accuratius et de his poëticis dialectis alio tempore agendum est, et de Homericis atque Hesiodicis, apud quos poëtas haud pauca grammaticis Aeolica sunt.

Erinnam quoque Lesbiam Ἠλακίτην Dorica et Aeolica dialecto scripsisse tradunt Suid. s. v. et Eust. p. 326 fin. Nunc ejus carminis nihil superest; epigrammata, quae ejusdem nomen ferunt (Schneidew. Delect. p. 323), nihil fere Lesbiaci habent. — Melinno, quam Stobaei codices Lesbiam dicunt, in carmine ad Romam (Schneid. p. 454), aperte antiquorum poëtarum Lesbiorum dialectum imitata est, ut σδενυλά, βασιλῆον, κοιρανῆον docent; audacius tamen est, ubique hanc dialectum restituere. — Pittaci, quae fertur apud Diog. Laert. I, 81, epistola, quanquam aperte subditiua, nonnulla Lesbiis peculiaria habet. — Omittimus alios poëtas, recentissimi maxime temporis, qui antiquiores sequuti, Doricam dialectum nonnullis, quae Lesbiacae propria sunt, temperaverunt; adeo ne prosa quidem oratio Pythagoreorum antiquitatem mentitorum talibus abstinuit.

Nolumus autem omittere Grammaticum Leidensem, qui p. 639 de Aeolica dialecto loquutus addit: κέρχεται δὲ αὐτῇ Σαπφῶ, Ἀλκαῖος, Μύνη καὶ ἄλλοι. Koenius emendavit Μυῖα, quam voluit haud dubie Suidae Thespiensem lyricam, quae non diversa est a Corinna. vid. Suid. s. v. Κόρινη, Welck. in Kreuz. Melett. II. p. 10 seqq. Neque improbable est, grammaticum Corinnae, Boeotica dialecto usae, Aeolicam adscripsisse, quum idem Boeotica Μῶσαι, λιπῶσαι, βωλά Aeolica dicat p. 637. 638. Ceterum possis etiam Ἠρίνην vel Μέλιννα suspicari.

## §. 3.

## De accentu.

1) De Lesbiacae dialecti accentu omnis cognitio nostra ex antiquis grammaticis pendet. Nam si quando antiqui libri in Lesbiacis vocibus accentum a vulgato diversum tradunt, ii quoque grammaticorum praecepta sequuti sunt. Grammatici vero uno ore testantur, Aeoles accentum in ultima acutum fugientes retraxisse in priores syllabas, exceptis tantummodo, ut accuratiores monent, praepositionibus et conjunctionibus <sup>1</sup>). Inde factum est,

1) Herodian. H. Ad. 206, b. οἱ Αἰολεῖς φεύγουσι τὴν ὀξεῖαν τάσιν· πᾶσαν γὰρ λέξιν ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν παρ' ἡμῖν ὀξύτονον αὐτὰ βαρύνουσι χωρὶς τῶν προθέσεων καὶ τῶν συνδέσμων. — Choerob. Bekk. 1203. πᾶσα λέξις ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν παρὰ τοῖς Αἰολεῖσι βαρύνεται· οἷον Ἀτρειὺς Ἀτρεὺς, σοφὸς σόφος, χωρὶς τῶν προθέσεων καὶ τῶν συνδέσμων· ἐπὶ τούτων γὰρ φιλᾶττουσι τὴν ὀξεῖαν τάσιν· οἷον ἀνὰ, κατὰ, διὰ, μετὰ, αὐτὰρ, ἀτὰρ, πρὸς (?). Eadem fere leguntur in Ann. Ox. IV, 340, 19, nisi quod exempla sunt Ἀχιλλεὺς, σόφος, deinde ἀνὰ, κατὰ, ἀτὰρ, αὐτὰρ. — Priscian. XIV. p. 584. »Accentum habent praepositiones acutum in fine, tam apud Graecos, quam apud Latinos, qui tamen cum aliis legendo in gravem convertitur, nisi praepostere proferantur, quod Aeoles quoque, quamvis fugiant in fine acutum, in hac parte solent servare, quos in plerisque sequuti in hoc quoque sequimur.« — Athen. X, 425. A. οἱ Ῥωμαῖοι — πάντα τοὺς Αἰολεῖς μιμοῖμενοι καὶ κατὰ τοὺς τόνους τῆς φωνῆς.

Minus accurate alii non excipiunt particulas: Joann. Gr. 236, a. τὰς λέξεις ἀντιστρέφουσι τὰς ὀξύτόνους, ut κάλος, πόταμος; item Leid. 638, Vatic. 688, ubi καταστρ. et additur σόφος, J. Gr. 244, a. (§. 4. not. 1). — Apollon. de synt. 309, 5. ἡ Αἰολίς μετατιθεῖσα τοῖς τόνους τοὺς κατὰ τὸ τέλος εἰς βραχείας συλλαβὰς μετατιθῆσιν κατὰ τὸ πλεον (ut ἄμμε). — Herodian. Eust. 518. Αἰολεῖων τὸ βαρυντονεῖν. — Et. M. 575, 55. (Aeoles) χαίρουσι τῇ βαρεῖα τάσει ὡς τὸ Πήλεος, hinc recte a Bastio emendatur Greg. Cor. 602. τάσει χαίρουσι, postea eodem exemplo Πήλεος additō: — Scholl. Dion. Thr. 662. Ἀ. τὴν βαρύντητα τῶν τόνων ἐξηλώκασιν. — Eust. 1613, 21. τὰ Αἰολικὰ δῆλον ὡς βαρύνεται. — Arcadii Gl. Ms. apud Koen. ad Greg. C. 636. χαίρουσιν οἱ Αἰολεῖς ἀναβιβάζειν τοὺς τόνους, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Ἀτρεὺς Ἀτρεὺς. — Ann. Ox. I, 394, 30. Ἀ. ἀναβιβαστικοὶ εἰσι

ut grammatici, quaecumque aliqua de causa Aeolica putarent, barytona esse juberent, et Aeolica vocarent omnia, in quibus accentus retractus esset <sup>2)</sup>).

2) Conspirant cum his grammaticorum praeceptis etiam quae de singulis vocibus monent. Primum, si syllabarum numerum spectamus, omnia bisyllaba nomina, vulgo acuto in fine notata, apud Aeoles accentum in penultima habere traduntur, ut *σόφος*, *θύμος*, *χῶλος* <sup>3)</sup>. De iis, quae duas syllabas superant, testantur qui Aeoles *προπαροξύνειν* dicunt ut *δύνατος* <sup>4)</sup>. Adeo monosyllaba, quae longam vocalem aut diphthongum habent, hoc Aeolico more tanguntur, siquidem semper sunt perispomena <sup>5)</sup>, quia aut contractione bisyllaborum nata sunt, aut certe accentum ex ultima vocalis parte in priorem retraxerunt, unde circumflexum fieri constat; nam ut vulgatum

τῶν τόνων, οἷον Ἄτρεις Ἄτρεις, σοφός σοφός, item Herodian, Ann. Ox. IV, 422, cum exemplis Ἄτρεις, Πήλεις, et Choerob. Bekk. 1294. sine exemplis. Saepe βαρυντικοί vocantur: Et. M. 549, 20; 752, 14; Et. G. 581, 9; Ann. Ox. I, 356, 26 et 403, 4; Scholl. Dion. 663, 21 et 929, 26; Eust. 265, 14 et 752, 14 etc.

2) Ita Choerob. Bekk. 1194. πάντα τὰ εἰς τὴν βαρύνονται, ἐπεὶ τὰ πολλὰ παρ' Αἰολεῦσι κέρνεται. — Et. M. 617, 52. τὸ σίνουδα Αἰολικόν ἐστὶ κατὰ τὸν τόνον ἀναβίβασεν, cf. p. 484, 4, et Ann. Ox. IV, 191, 19; alia vide not. 10. 14. 21. 31, §. 25, 2 etc.

3) J. Gr. 244, b. τὰ δὲ διούλλαβα ὀξυτόνως παρ' ἡμῶν λεγόμενα βαρυντοῦσι· οἷον σοφός, κάλος, λεῦκος, ὄξυς, κόπις, θύρις, ἄσις, ἄσπις, βρωμός (leg. βῶμος e Greg. C.), τράχυς (leg. τραχὺς), θῦμος, σκληρός, χῶλος. Greg. Cor. 617. omittit voces in *is*, addit βράδης, βάρης; Meerm. 662. sola habet σοφός, κάλος.

4) Eust. 75, 2. προπαροξυντικοί γὰρ εἰσὶν οἱ Αἰολεῖς ἐν πολλοῖς, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ δύνατος παρ' αὐτοῖς προπαροξυνόμενον καὶ μνηστὰ ἄλλα. Recte emendatur Gramm. in Ann. Ox. II, 368, 15, qui male ἐλθόμενα Aeolicum dicens addit, τὰς λέξεις ἀγαπῶσιν (προ)παροξύνειν.

5) Gr. Meerm. 662. (et item leviter corruptus J. Gr. 244, b.) περισπῶσιν ὡς ἐπίπαν τὰ μονοσύλλαβα ὀνόματα, ῥῶξ, πῶξ, δρῶψ, χρῶς, ῥῶς, θρῶς, βῶς, γρῶς, νοῦς, χῆν, Ζεῦς. Pleraque ex his non sunt vere Aeolica; nam νόος in νῶς contrahi debebat, si unquam contractum est, χῆν, ut apud Dores, *ā* habere.

νοῦς e νόος, νόος natum est, ita Aeolicum Ζεῦς e Ζεῖς pro vulgato Ζεῦς, Ζεῖς. Ceterum quod de nominibus praecipunt, etiam ad reliqua, quae non sunt particulae, extendendum videtur, nec dubitamus Aeoles inter alia σοῖ pronuntiasse, ut etiam vulgo est οῖ. — Denique etiam tertia ante finem acutum habuisse refertur in Μηδεια apud Sappho 6), quia diaeresis non mutabat accentum. —

3) Si de singulis vocum generibus quaerimus, primum de substantivis Decl. I. judicare licet, inde, quod retractus accentus in nonnullis nominativis masculinorum brevioris formae, ut μητιετα, ἀνάκητα, ex Aeolica dialecto derivatur ab Eust. 75, 34 (vid. §. 20, 2); deinde quod Ἀφροδίτα apud Aeoles accentum in antepenultima habere dicitur 7), quod ultimo ā correpto factum est (vid. ibid.); denique Lesbica nonnulla retracto accentu scripta reperiuntur, βόλλα Plut. Q. Rom. p. 288, B. δέρορα pro δειροῖ vid. §. 8. not. 39., ὠτέλλα pro ὠτειλή Theogn. Ox. II. 111, 16. Et. Gud. 584, 8. 8). Genitivi pluralis in ᾶν non minus apud Aeoles quam apud Dores circumflexo notandi videntur, ut κυλιχᾶν Τηϊᾶν, quia ᾶν contractionem ex ᾶων natum est, cujus vix ita immemores erant, ut accentus retrahi posset.

Substantiva declinationis II. haec afferuntur a grammaticis de dialectis: βῶμος, θῦμος (not. 3), πόταμος (not. 1 med.), quibus aliunde Lesbiacum ναῦος pro ναός addendum videtur 9).

6) Joann. Alex. 4, 28. ἡ δὲ εἰς ἐν τέλει τίθεται ἢ πρὸ μιᾶς τοῦ τέλους ἢ πρὸ δύο, πρὸ τριῶν δὲ οὐκ ἔτι, τὸ γὰρ Μηδεια παρὰ Σαπφῶ παρακινούμεθα, ὅτι τὴν εἰ δίφθογγον διείλεν.

7) Jo. Al. 3, 17. τὸ Ἀφροδίτα παρὰ μὲν Αἰολῶσι πρὸ δύο ἔχει τὸν τόνον, παρὰ δὲ Λωριεῦσι πρὸ μιᾶς.

8) Quae Joann. Gr. 244, b. habet: ἔθος δὲ ἔχουσι καὶ τὰ προσηγορικὰ βαρύνειν· εἰρήνη, ὥρα, ἡμέρα, καὶ τὰ κύρια Ἀφροδίτα, Ἥρα, Ἑλένα, non differunt a vulgatis neque leguntur apud ceteros de dialectis.

9) Scholl. A. II. μ, 137. de αὔος: ἴσως δὲ βεβαρυτόνηται, ἐπει



In Decl. III. primum gravem habent in fine voces in  $\bar{\epsilon}$ , etiam eae, quae vulgo acutum, ut *κόπεις*, *θύρις*, *ἄκεις*, *ἄσπεις* a Joanne Gr. afferuntur (not. 3), ab aliis *αὔλις* et *ἔροτις* pro *ἑορτή* Aeolica vocantur <sup>10</sup>). Accedunt eae voces, quae vulgo longum iota et accentum in fine habent, apud Aeoles corripunt vocalem et accentum retrahant, ut *κῶμις*, *σφραγίς* <sup>11</sup>). — Substantiva in  $\bar{\epsilon}\nu\sigma$ , vulgo oxytona, apud Aeoles barytona sunt, *Ἄτρευς*, *Ἀχιλλεύς*, *Πήλεϋς* <sup>12</sup>); neque minus in casibus obliquis, ut *βασιλῆος*, *Ἀχιλλῆ-*

καὶ τὸ ναῦς ἔβαρύνετο καὶ τὸ Τραῦς κύριον καὶ τὸ ψαῦς παρ' Ἀλκμᾶν. Apud Villoisonum scribitur τὸν ἄνος, unde certissime τὸ ναῦς restitui videtur, quae non potest non esse Lesbiaca vocis ναῦς forma, vid. §. 5, 5.

10) Eust. 265, 12. δῆνεται δὲ ἡ Αὔλις ἀναλόγως δια τὴν παρωρυμίαν, ὡς πύλη πυλῖς· τὸ δὲ βαρύντονον, ἐξ οὗ καὶ ἡ ἔπαυλις Αἰολικὸν εἶναι φαῖν· βαρυντικοὶ γὰρ οἱ Αἰολεῖς. — Steph. Byz. s. v. Δαυλίς: τὸ δὲ αὔλις Αἰολικῶς βαρύνεται. — Eust. 1908, 53. de ἑορτῇ: Αἰολεῖς δὲ προπαροξυτόνως καὶ κατὰ μετὰθεσιν ἔροτιν. cf. §. 30, 2. Steph. Byz. s. v. Ἄδανα ex Herodiano: τὸ Ἄδανις καὶ Θήβανις Αἰολικὸν ἔχει τόνον (ex emend. Salmasii), deinde: εἰ τόνον (ἀπὸ) τοῦ Ἄδανεύς Ἄδανεῖς (leg. Ἄδανις), ὡς τοῦ Ταροεύς Ταροεῖς (leg. Ταροεῖς), ἔδει συνοξύνεσθαι, εἰ μὴ κατ' Αἰολίας βαρύνεται, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Θήβανις εἴρηκεν.

11) Eust. 265, 9. κνημῖδα καὶ σφραγῖδα βαρύνοντες οἱ Αἰολεῖς κῶμιν καὶ σφραγῖν συνοσταμένως γράφοι. Apud Choerob. Bekk. 1207. minus recte acutus scribitur, ubi Aeolica dicuntur μετὰ βαρείας τάσεως κνήμιν καὶ σφραγῖν καὶ ἄψιν ὡς παρ' Ἡσιόδῳ (Opp. 424), vid. §. 21. not. 3, ubi haec ex Herodiano fluxisse apparebit. De ἄψις praeterea Scholl. II. s, 487. ἄψις βαρύνεται ὡς Αἰολικόν, ὡς καὶ Ἡσιόδός φησιν ἄψιν, cf. Eust. 574, 21.

12) Choerob. Bekk. 1237. de vocibus in  $\bar{\epsilon}\nu\sigma$  oxytonis locutus: οἱ Αἰολεῖς βαρυντόνως λέγουσιν, οἷον Ἀχιλλεύς καὶ Ἄτρευς καὶ Πήλεϋς. — Herod. Ann. Ox. IV, 422. de Ἄτρευς et Πήλεϋς; Et. M. 189, 46, App. Et. G. 671, 36, Scholl. Theocr. 7, 4. de Ἀχιλλεύς et Πήλεϋς; Porphyg. de pros. 104 fin. et Ann. Ox. IV, 340, 21. de Ἀχιλλεύς; Et. M. 575, 53 et Greg. C. 602. de Πήλεϋς; Choer. Bekk. 1203. 1294, Ann. Ox. I, 394, 30, IV, 191, 16 et 340, 8. de Ἄτρευς.

ος<sup>13</sup>). — Feminina in  $\bar{\omega}$  accentum in penultima habent, nec minus voces in  $\bar{\omega}$ s<sup>14</sup>). Recte in libris servatum est *Τυρίνωσ* Sapph. §. 66, pro vulgata *Τυρινοῦσ*, neque minus saepe *αῦωσ* vel *ἄωωσ* in libris scriptum reperitur pro *ἤωσ*, ut Sapph. 11. 45. 105, Ann. Ox. III, 400, 20, Scholl. Pind. P. II, 52 cf. §. 5, 5. — Adeo *Ποσειδαν* vel *Ποτιδαν* retrahebat accentum<sup>15</sup>), quanquam contractione e *Ποσειδάων* natum, ut contractio jam oblitterata fuisse videatur. —

In vocativo hujus declinationis, ubi ultima corripiebatur, simul accentus retrahebatur, ut *τριβόλετερ*<sup>16</sup>).

4) Adjectivorum, quae, quum vulgo oxytona sint, apud Aeoles accentum retrahunt, haec exempla afferuntur: *σόφος*, *κάλος*, *λεῦκος*, *σκλήρος*, *χῶλος* (vid. not. 1 et 3, de *σόφος* praeterea Ann. Ox. IV, 191, 16), *δύνατος* ab Eust. 75, 36, quo accedit *ἶρος* pro *ιερός*<sup>17</sup>) et nonnulla, quae recte scripta leguntur in libris, *κέννος* Choer. Ox. II, 242, 24, *ὄμολος* pro *ὀμαλός* apud Suid. s. v. *ὀμολώϊος*, *φάενος* et *φάτενος* Et. 9, 547, 54 et 560, 5 (leg.

13) Scholl. Theocr. 7, 4. *γράφεται καὶ Ἀνκώπειωσ διὰ τοῦ ᾠ μεγάλου, ὅπερ Αἰολικῶσ προπαροξύνεται, ἐπειδὴ οἱ Αἰολεῖσ Ἀχιλλεὺσ καὶ Πηλεὺσ βαρυνόντωσ λέγουσι· ὁμοίωσ καὶ τὸ Ἀνκώπειωσ (leg. Ἀνκώπειωσ) διὰ τοῦτο ἢ τῶν εἰσ ᾠσ (leg. εὐσ) γενικὴ παρ' αὐτοῖσ προπαροξύνεται. Choerob. Bekk. 1194, Et. M. 189, 29. οἱ Αἰολεῖσ προπαροξύνουσι Ἀχιλλῆωσ καὶ βασιλῆωσ, vid. §. 21. not. 9.*

14) Choer. Bekk. 1203 de accusativis vocum in  $\bar{\omega}$ : (*Αἰολεῖσ*) *βαρύνουσι*, *οἶον τὴν Ἀήτωσ καὶ τὴν Σάπφωσ*. — Draco 116, 2 (*αἱ αἰτιατικαὶ*) *τῶν εἰσ ᾠσ περισπωμένοισ, Αἰολικῶσ δὲ βαρυνόντωσ*. Ex accusativis facilis conjectura est de nominativis.

15) Choerob. Bekk. 1413. *Δωριεῖσ Ποτιδάν λέγουσι δξυτόνωσ, οἱ δὲ Αἰολεῖσ Ποτιδαν καὶ Ποσειδαν βαρυνόντωσ*, vid. §. 22. not. 8.

16) Choer. Bekk. 1239. *Αἰολεῖσ ἔθωσ ἔχουσι πολλάνισ συστέλλωσ τὸ ἦ εἰσ τὸ ε̄ ἐν τῇ κλητικῇ καὶ ἀναβιβάζειν τὸν τόνο*, *οἶον ὁ τριβόλετηρ, ᾧ τριβόλετερ*, cf. §. 21, 2.

17) Et. Sorb. ap. Bast. ad Greg. 590. *ιερός, ἰρός κατα κρῶσι* *τοῦ ἰ καὶ τ εἰσ ἰ μακρόν, Αἰολικῶσ ἶρος (corr. ἶρος cum Schaefero ad Greg.)*.

φάεννος, φώτεννος). — Deinde ῥῆς, βράδης, βάρος, τραχύς (not. 3); denique adjectiva in ῆς, δυσμένης, εὐρυνέφης <sup>18)</sup> etc., ut recte post Stephanum ἀβάκην scribitur apud Sapph. 80, quod legitur etiam in Hesychio.

5) Etiam pronomina omnia barytona erant, ut certissima testimonia adsunt de ἔγων, ἔμοι, de omnibus hujus pronominis formis, quae ε̄ in fronte habent <sup>19)</sup>; deinde de ἄμμες, ὕμμες eorumque casibus <sup>20)</sup>, quae solent etiam in libris recte scribi; denique de αὐτος <sup>21)</sup>.

6) In conjugatione maxime constat de verbis in μί; in praesenti personas singularis secundam et tertiam, in εῖς, αῖς, οῖς et εἶ, αἶ, οἶ exeuntes, quanquam similia in reliquis dialectis circumflexo notari solent, ut διδοῖς, τιθεῖ, apud Aeoles accentum in penultima habere, inde patet, quod διδοῖς Aeolicum dicitur <sup>22)</sup>; neque aliter in

18) Choer. Bekk. 1233. εἰ δὲ ὄξύνεται ἢ εἰθιῖα, αἶ εἰς ἡν λήγουσαι αἰτιατικαὶ ἀπὸ γενικῶν εἰς οὐς ληγουσῶν βαρύνονται διὰ τὸ τοὺς Αἰολεῖας χρῆσθαι ταύταις ταῖς αἰτιατικαῖς· δυσμένην γὰρ λέγουσι καὶ πυκλωτέραν καὶ εὐρυνέφην. cf. §. 21, 1. Nominativos apud Aeoles eundem accentum habere, facile patet.

19) Apoll. de pr. 64. Αἰολεῖς βαρέως ἔγων, p. 104. Ἄ. ἔμοι βαρέως, de synt. 120. καὶ διὰ τοῦτο τῇ μονῇ τοῦ ε̄ αἶ παρ' Αἰολεῦσιν ἀντωνυμῖαι ὀρθοτονοῦνται καὶ βαρύνονται κατὰ τὸ τέλος.

20) ἄμμες Et. M. 84, 15, Gud. 243, 18. 39, Ann. Ox. I, 5 et 188, 22, Choer. Ox. II, 216, 12, Eust. 1112, 39 etc.; ἄμμε Eust. 47, 30; de ὕμμι Eust. 951, 8. ἡ τοῦ ὕμμι ψίλωσις καὶ ὄξυτόνησις (leg. βαρυτόνησις) καὶ ἡ ἐν αὐτῷ διπλῶν τοῦ μν καὶ ἡ ἐκκοπή τοῦ ν Αἰολέων εἰσίν.

21) Charax in H. Ad. 228, a. et Bekk. Ann. 1153. pronominis αὐτός genitivum et dativum dicit non esse encliticos διὰ τὸ μὴ συμπεσιῖν τοῖς Αἰολεῖσι βαρυτόνως λέγουσιν αὐτοῦ καὶ αὐτῶ· ἡ δὲ αἰτιατικὴ οὐ συνενέπεισιν· ἐγκλινομένη γὰρ εἰς τὴν πρὸ αὐτῆς λέξιν τὸν τόνον ἀναπέμπει· κόψει γὰρ αὐτὸν ἔχοντα· τὸ δὲ Αἰολικὸν εἰς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ.

22) Scholl. A. II. τ, 270. διδοῖσθα· οἱ μὲν βαρυτονοῦσιν ὡς Αἰολικόν, ἀπὸ τοῦ διδοίμι, δίδοις, διδοῖσθα ὡς τιθησθα. — Saepe talis accentus apud Homerum resedit. vid. diss. nostram de conj. in μί §. 8, 4.

libris leguntur *χαύνοις* Alc. 42, *γέλαις* et *γέλαι* Herod. in H. Ad. 206, b. et Theodos. Bekk. 1045. — Tertiam pluralis accentum retrahere, docet Hesiodicum *ἄεισιν* (Theog. 875), quod propter accentum Aeolicum vocatur \*), et recte sic *ἐπιρρόμβεισιν* in libris est Sapph. 2, 11. — Infinitivorum brevior forma in  $\bar{\nu}$  exiens gravem in fine habebat <sup>23)</sup>, ut *φίλην*, *κάλην* a *φίλημι*, *κάλημι*; in libris justus accentus servatus est Alc. 10 *ἀσυνέτην*, 11 *ἄντην*, 29 *μεθύσθην*, Sapph. 14 *προτιέτην*, Theocr. 29, 26 *ὀμνάσθην*. — Participia in  $\bar{\omega}$ ,  $\bar{\alpha}$ ,  $\bar{\omega}$  exeuntes non minus barytona erant, ut *φρόνεις*, *γέλαις*, *ὄρθοις* <sup>24)</sup>; recte in libris reperiuntur *μέδεις* Alc. 2, *κίρναις* A. 27, *μάτεισαι* S. 67, *φίλεις*, *φρόνεις*, *νόεις* Eust. 1756, 12.

In perfecto activi infinitivus *τεθνάκην* S. 2, 4 accentum gravem habet in libris, nec minus participia *κεκλήγοντες*, *πιφύγγων* apud grammaticos (§. 27, 2); diserta testimonia docent, infinitivum passivi accentum in antepenultima habuisse <sup>25)</sup>, *ἐφθορθαι*.

7) Inter adverbia constat de accentu gravi locativo-

\*) Et. M. 22, 12. *ἄεισιν* — τὸ γ' τῶν πληθυντικῶν αἰολικότερον· ἐχρῆν γὰρ αἴειν ὡσπερ εἴειν· ἄλλοτε δ' ἄλλη ἄεισιν. Item Phavor. Ecl. p. 74, ubi additur οὕτω Φίλων ἱστορεῖ αὐτά. — Scholl. V. II. ε, 526. τὸ δὲ παρ' Ἡσιόδῳ ἄλλοτε δ' ἄλλοι ἄεισιν, Αἰολικόν.

23) J. Gr. 245, a, Greg. C. 619, Meerm. 663. τὰ εἰς εἰν κατὰ λήγοντα ἀπαρέμφρατα διὰ τοῦ ἦν ἐκφέρουσι βαρυτονοῦντες· οἷον φίλειν *φίλην*, καλεῖν *κάλην*.

24) Joann. Gr. 245, a, quanquam is male eas formas pro infinitivis venditat, vid. §. 26. not. 18.

25) Apio et Herodorus ap. Eust. 790, 6. τὸ ἐγρήγορθαι οὐκ ἐχρῆν προπαροξύνεσθαι· — μία δὲ ἀφορμὴ αὕτη τοῦ δύνασθαι τονοῦσθαι οὕτω· τὰ εἰς  $\bar{\theta}$  αἰ τῇ  $\bar{\sigma}$  συλλαβῇ παραληγόμενα Αἰολικά εἰς· τέτορθαι, μέμορθαι, ἐφθορθαι· ἐπεὶ οὖν καὶ τοῦ ἐγρήγορθαι ἡ κατὰ ληξίς Αἰολικότερα ἐστὶ, πίπτει ὁ τόνος ὁμοίως τοῖς προκειμένοις. Eadem ex eodem haud dubie fonte tradunt Scholl. A. II. κ, 67, Et. M. 312, 40, Ann. Ox. I, 126, 30; ἐγρήγορθαι Aeolicum dicitur propter accentum ab Herodiano Ann. Ox. IV, 421, 33.

rum in  $\bar{o}i$  26), ut  $\mu\acute{\epsilon}\sigma\omicron\iota$  recte legitur Ale. 9, nec minus in  $\bar{v}i$  27); sed falso in his apud Theognostum penultima accentu notata est  $\pi\eta\lambda\acute{\upsilon}i$  etc., quia nihil est, cur ultimum  $\bar{i}$  longum putemus. Potius  $\pi\eta\lambda\upsilon\acute{i}$  etc. scribendum est et in contracta forma  $\pi\eta\lambda\upsilon$ , ut recte apud Hesychium  $\acute{\epsilon}\sigma\upsilon\bar{i}$  legitur, denique  $\tau\acute{\upsilon}\delta\epsilon$  e  $\tau\acute{\upsilon}\bar{i}\delta\epsilon$  cf. §. 29, 3. —

Gravem in fine habent etiam Aeolicae adverbii  $\acute{\alpha}\epsilon\bar{i}$  formae  $\acute{\alpha}\bar{i}$  et  $\acute{\alpha}\bar{i}\bar{i}$  28), deinde  $\acute{\omicron}\psi\bar{i}$  pro  $\acute{\omicron}\psi\acute{\epsilon}$  29), denique etiam interjectio  $\acute{\omega}\bar{\alpha}\iota$  pro  $\acute{\omega}\alpha\iota\alpha\iota$  30). —

8) Encliticas bisyllabas non exceptas fuisse ab Aeolica accentum retrahendi consuetudine, jam pronominis  $\acute{\omega}\tau\omicron\varsigma$  accentus doceret, nisi dubitatio esset de hujus vocis enclisi. Accedit tamen quod Tyrannio, omnia verba in  $\bar{\mu}i$  ex Aeolica dialecto fluxisse opinatus, adeo apud Homerum  $\phi\eta\bar{\mu}i$  scripsisse traditur 31), nec minus quod in verbo  $\epsilon\bar{i}\mu\bar{i}$ , eadem ratione ab Aeolibus derivato, accentus aberravisse dicitur, denique quod Herodianus, contra hanc opinionem omnia verba in  $\bar{\mu}i$  ex Aeolica dialecto repetendum disputans (in H. Ad. f. 206, b, quae pleniora leguntur in Ann. Ox. IV, 340), etiam eo nititur, quod verba

26) Apoll. de adv. 588, 27. τὸ γὰρ παρὰ τοῖς περὶ τὸν Ἀλκαῖον ἔσοι δῆλον ὅτι κατὰ τὴν ἰδίαν διάλεκτον βαρυνθεῖη ἄν.

27) Theogn. Ox. II, 160, 7. (Bekk. 1425.) Αἰολικῶς — βαρύνε-αι πηλύϊ, ἄλυει, ἀτερύει (Bekk. ἀλύϊ, ἀτερύϊ).

28) Theogn. Ox. II, 3, 4. ex Herodiano: παρὰ δὲ Αἰολεῦσιν, τῆς ἐρούσης ἐχούσης τὴν  $\bar{\alpha}i$  διαφθογγον, τοῦ δὲ τέλους τὸ  $\bar{i}$  συσπληρόμενον κρυτόνως αἰῖ (leg. αἰῖ) — deinde αἰ βαρυντόνως. vid. §. 29, 4.

29) Apoll. de adv. 573, 10. ἀνάλογος καὶ ἡ παρ' Αἰολεῦσι βαρεῖα κίσι, λέγω δὲ τοῦ ὄψι γὰρ ἄρξατο.

30) Apoll. de adv. 538, 1. ὡαῖαι, ὅπερ συναλειφθὲν καὶ ἐν βαρεῖα κίσει γενόμενον παρ' Αἰολεῦσιν ἔστιν ὦαι.

31) Eust. 1613, 19. οὕτω, φασί, καὶ ἀπὸ τοῦ φῶ τὸ Αἰολικόν ἡμῖ, διὸ βαρύνων ὁ Τυρραννίων φῆμι γράφει βαρυντόνως Αἰολικώτερον, ἴον φῆμι γὰρ οὐκ κατανεῦσαι (Il. β, 350). οὐκοῦν καὶ ἀπὸ τοῦ ὦ, γον ὑπάρχω, εἶη ἄν Αἰολικόν ἡμῖ καὶ Βοιωτικῇ μεταθέσει τοῦ ἦ εἰς ἦν εἰ διαφθογγον εἰμῖ, ἡμαρτημένον ἐν τῷ τόνῳ, καθὰ ἐτέρωθε λέγει ἱτύς (Heraclides). τὰ γὰρ Αἰολικά δῆλον ὅτι βαρύνοντα.

φημι et εἰμι oxytona non possint esse Aeolica. Igitur apud Aeoles φᾶμι et ἔμμι barytona sunt.

9) Memorabili grammaticorum de dialectis testimonio <sup>32)</sup> doceri videtur, eo extensam esse accentus apud Aeoles retractionem, ut etiam articulus, cum aliis quibusdam vocibus junctus, harum quasi encliticarum accentum in se reciperet, cujus rei exempla tradunt ὁ σος, τὸ σὸν pro ὁ σός, τὸ σόν; accuratiora nunc non licet explorare.

10) In praepositionibus et conjunctionibus etiam apud Aeoles acutum in ultima manere, jam supra vidimus (not. 1). Accedunt alia testimonia <sup>33)</sup>.

11) His omnibus comparatis, nisi inanes suspiciones disertissimis antiquorum testimoniis praeferre velimus nulla fere dubitatio relinquitur, praeter particulas, quarum exceptio ipsa ceterorum regulam confirmat, ubique Aeoles accentum retraxisse, quantum per ultimae syllabae quantitatem liceret. Minus enim accurate grammatici loquuntur, qui tantum de acuto in fine evitato monent evitatur etiam circumflexus in ultima, ut δίδοις pro διδαίς acutus in penultima, neque minus circumflexus in eadem quando ultima brevis habetur, ut docent infinitivi perfecti ἐφθόρθαι etc. pro ἐφθόρθαι, ἄεισιν pro ἄεισι (vid. nr. 6) et alia. Vix ulla forma reperitur, de cujus ac

32) J. Gr. 244, a, Greg. C. 616, Meerm. 662: βαρυτονοῦσι οὐ μόνον τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄρθρα, ὅταν ὀνομάτων τάξιν ἐπέη ὁ σος ὁ σος, ἡ σὴ ἢ σῆ, τὸ σὸν τὸ σον, quibus J. Gr. addit τῆς αὐτῆς σης. — Num forte eodem spectat Apoll. de synt. 51, 26, non esse vocativum articuli docens: τί δέ, εἰ περιπαῖται, οὐκ ἐνεκείθη κατὰ τὰς Αἰολικὰς ἀναγνώσεις ὑπ' Ἀριστάρχου, καθὼ καὶ τὰ αἰωνίων περιποιημένων ἄρθρων?

33) Apoll. de synt. 309, 15. οὐδ' οἱ περὶ τὸν Ἀριστοφάνη ἤξιον βαρύνειν τὰ μόρια κατὰ τὴν Αἰολίδα διάλεκτον, ἵνα μὴ τὸ ἴδιον τῆς προθέσεως ἀποστήσῃσι, λέγω τὴν ἀναστροφὴν. — Id. de praep. 93, B. οὐδὲ γὰρ Αἰολεῖς τὸν ἐπὶ ταύταις (ταῖς προθέσεσι) τόνον ἀντιβιβάζουσιν. — Scholl. Dion. 929, 16. καὶ οἱ Αἰολεῖς ὤξυναν αὐτὰς (praepositiones) καὶ ταῦτα βαρυντικοὶ ὄντες.

centu, etiamsi generalem regulam agnoscere nolimus, non liceat e singulis grammaticorum testimoniis aut ex analogia judicare. — Non dubitavimus igitur in fragmentis Lesbiorum poetarum ubique genuinum accentum Aeolicum revocare. Nam etiam hic grammaticos semper de Aeolibus Asianis cogitare, ut alia omittamus, apparet ex his locis, ubi de pronominum accentu agitur. Apollonius Dyscolus enim ad Aeolicum ἔργον Sapphus affert fragmentum nr. 102; propria deinde Lesbiis sunt ἄμμες, ὕμμες etc.

## §. 4.

## De spiritu.

1) Quae fuerit spiritus apud Aeoles Asianos ratio, praeter grammaticos poetarum reliquiae et inscriptiones aliquatenus docere possunt, siquidem tenuis ante equentem vocalem in aspiratam mutata asperum, non mutata lenem prodit. Nulla enim inscriptio ejus aetatis eliqua est, qua solebant Graeci ipsum asperi signum appingere. Non multum auctoritatis spirituum signa in libris habent, quippe quae facillime corruptelam traxerint, ubi accuratius librarii versati sunt, grammaticorum tantum opiniones referant, dum ipsae literae facilius ex antiquissimis libris contra grammaticorum iudicium teneri poterant.

2) Grammaticos primum si audiamus, Aeoles aspero spiritu omnino non sunt usi, sed, qui apud reliquos raecos erat, asperum ubique in lenem mutabant, eaque causa de causa, ubi reliqui tenuem cum sequenti aspero aspiratam mutabant, ipsi tenuem retinebant<sup>1)</sup>. Neque

1) Apoll. de synt. 38, 27 exemplo constructionis hoc utitur: οἱ ἄλλοι "Ἕλληες δασύνουσι τὰ ἐν τῇ λέξει φωνήεντα, Αἰολεῖς δὲ ἴσον φιλοῦσι, et item p. 39, 17. ἄλλοι μὲν "Ἕλληες δασύνουσι τὰ κνηέντα, Αἰολεῖς δὲ οὐδ'αμῶς. — Melampus Bekk. 777, 18. (Αἰολεῖς) φιλοῦντες πᾶσαν λέξιν. — Scholl. Dion. 779, 18. τοῖς δασύσι

solum vocales, his testibus, leni ubique instructae erant, sed etiam  $\bar{\rho}$ , ubi vulgo asperum habet, ut  $\rho\acute{\alpha}\rho\omicron\varsigma$ ,  $\kappa\acute{\epsilon}\rho\omicron\omega$  2), nec fortasse casu spiritus signa omissa sunt in Aeolicis  $\iota\mu\acute{\epsilon}\rho\omicron\omega$ ,  $\omicron\iota\kappa\acute{\tau}\epsilon\rho\omicron\omega$ ,  $\omicron\lambda\omicron\upsilon\acute{\rho}\omicron\omega$  apud Herod. π. μ. l. 43, 16. Et tam certi erant de hac Aeolicae dialecti proprietate, ut etiam insigniores grammatici, quamcunque vocem apud Homerum aut in vulgari lingua aliqua de causa Aeolicam judicassent, leni instrui juberent 3), et

*συμφώνοις οἱ Αἰολεῖς κέχρηται συνεχῶς· οἷον ἀμφ' ἀγαθὸν θέρποντα, οὐχ εὖρον· τῇ δὲ δασείᾳ οὐ κέχρηται· φιλωται γάρ εἰς exemplum οὐχ εὖρον temere a grammatico arceptum, quia aspirata ibi propter sequentem asperum e tenui nata est. — J. Gr. 244, ἰδίως δὲ οὗτοι, ὅσα παρ' ἡμῖν δασύνεται ἢ ὄξυτονεῖται, φιλῶς λέγεται καὶ βαρυτόνως· ὅσιος, οὗτος, ὄρω (leg. ὄρῳ), ὄρμος· τηροῦσι δὲ κατὴν φιλότητα ἐν ταῖς συναλοιφαῖς· καθήκει κατήκει, ἀφῆκεν ἀπῆκεν ἀφείλικεν ἀπέλικεν. — Id. 236, a. τὰ δὲ ἀρχόμενα ἀπὸ φωνῆς φιλῶς ἐκφέρονται, ὅταν τὸ ἡμέρα φιλωσι καὶ τὸ ἄλλιος (leg. ἄγιος καὶ ἡμεῖς; item Vatic. 689, ubi ἡμέρα, ἄγιος, ἡμεῖς, Leid. 637, ubi ἰσπέρα. — Tzetz. Epex. II. 62, 20. Αἰολεῖς τε καὶ Ἴωνες πάντα παρ' ἡμῖν δασυνόμενα φιλοῦσι καὶ διὰ φιλοῦ συμφώνον ἐκφέρουσι, d. 107, 18 et 119, 28. Saepe Aeoles lenem amare, fugere asperum dicuntur, φιλωται vel φιλωτικοὶ vocantur; exempla passim infra reperies.*

2) Scholl. Dion. Thr. 693, 10 et Porph. de pros. 114. ἐπὶ τῷ  $\rho\acute{\alpha}\rho\omicron\varsigma$  ὃ σημαίνει τὸ βρέφος κατ' Αἰολεῖς ἢ φιλή. Καὶ διότι  $\rho\acute{\alpha}\rho\omicron\varsigma$  φιλοῦται; ὅτι ἡ Αἰολίς γλῶττα φιλοῦν τὰ στοιχεῖα φιλεῖ. — Herod. H. Ad. 192, a. οἱ Αἰολεῖς φιλωται ὄντες καὶ τὰ δύο  $\bar{\rho}\rho$  φιλοῦσιν· οἱ κέρρω, φθέρρω, σπέρρω; Ann. Ox. IV, 178, 6 (Αἰολεῖς) ἀμφοτέρω (α) φιλοῦσιν. — Eust. 548, 30 de ταλαίριος: τῶν παλαιῶν οἱ μὲν Αἰολικῶς ἐφιλοῦν τὸ  $\bar{\rho}$ , ὡς καὶ Ἀρίσταρχος; olim enim etiam simplex in mediis vocabulis aspero notabant, ταλαίριος vero Aeolicam judicabant propter  $\bar{\nu}$  pleonasticum. vid. §. 5, 5.

3) Scholl. A. II. τ, 80. τὸ δὲ ὑββάλλει φιλωτικόν· ἔστι γὰρ Αἰολικόν, ὡς φησιν Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ κ τῆς καθόλου. cf. Eust. 1172, 60. Aequae omnia Αἰολικῶς συγκοπτόμενα lenem habere voluerunt: Lex de spir. 229 de ἰρός, ἴρηξ: τινὲς δὲ παραλόγως φιλοῦσι τὰ τοιαῦτα λέγοντες, ὅτι τὰ συγκοπτόμενα κατ' Αἰολεῖς φιλοῦται, οἷον ὠρμητῶρσεν, ὄρμοςσας ὄρσας, ubi deinceps bene docetur, nullam in his esse syncopen. vid. §. 19. Eadem regula est apud Tzetzem ad H.



Herodianus Homericum ὑββάλλειν propter Aeolicam synopen; neque minus nonnulla non alia de causa, quam quod lenem habent, Aeolica vocarent, contra, quae aspero ornata sunt, Aeolica esse posse negarent 4).

Exempla psilosis praeterea pauca apud grammaticos disertis testimoniis traduntur: ἄμμες, omnes, quae ὄν fronte habent voces, ut ὕμμες, ὕρχας, "Τῶρας 5), denique πέρ, ἴπος pro ὑπέρ, ὕπος (vid. §. 12. not. 10).

3) Omnia haec grammaticorum testimonia ita inter se conspirant, ut vix ullus dubitationi locus relinqui videatur. Nihilominus ne temere grammaticis credamus, nullum asperi usum Aeolicae dialecto concedentibus, alia

pp. 195. 405, adhibetur ad ἄλτο Ann. Ox. III, 347, 25. Eust. 45, 5. Non minus lenis postulatur in iis, quae propter ὄν pleonasticum Aeolica habentur, ut εὔαδε Eust. 990, 36—1752, 57—1792, 17; εὔκηλος Ann. Ox. III, 398, 29. vid. §. 5, 5. Propter duplicationem Aeolicam lenis scribebatur a nonnullis in ὕτι et similibus Ann. Ox. I, 325, 17. vid. §. 9, 3; propter accusativum ὄψιν (§. 21, ) ἄψις Scholl. II. ε, 497; ἄμμις propter ὄ in ὄ Aeolice mutatum cf. §. 12, 5) Scholl. II. ι, 6 et υ, 114, Eust. 732, 30 etc., Theogn. 1x, II, 163, 30 etc. etc. Multa similia addi poterant.

4) αὔτως Eust. 187, 29, ἀπαφεῖν 757, 9, ἦδος Ann. Ox. III, 400, Aeolica dicuntur; Ann. Ox. IV, 341, 8, ubi disputatur contra os, qui omnia verba in ὄ Aeolica dicebant: ἀπό πνεύματος δέ, τε οἱ Αἰολεῖς ψιλωτικοὶ εἰσιν, οἷον ἄμμες, ἄμμι· τὸ δὲ ἴημι καὶ ἴημι δασύνονται· ἄρα οὐκ εἰσὶ τὰ εἰς ὄ Αἰολικά etc. — Omnino uaeque psilosis Aeolica vocatur Eust. 153, 55—1440, 14—1721, 1; Scholl. Od. β, 169.

5) De ἄμμες Apoll. de synt. 130, 13, Eust. 47, 30, Et. M. 84, 5 etc. — Porph. de pros. 114. ἡ Αἰολίς γλώττα ψιλοῦν τὰ στοιχεῖα αἰεῖ· ὡσπερ καὶ τὸ ὄ πάσης λέξεως ἄρχον πάντες μὲν δασύνουσι, οἱ δὲ Αἰολεῖς ψιλοῦσιν· ἀντίκα τὸ ὕρχας καὶ τὸ ὕμμες Αἰολικὸν ὄν ψιλοῦσι. Eadem habent Scholl. Dion. 693, 12, nisi quod omittitur ὕμμες. De voce ὕρχας fortasse non vere Aeolica vid. Giese p. 412; e ὕμμες praeterea testantur Lex. de spir. 236, Suid. s. v., Eust. 59, 23 etc., de "Τῶρας N. P. Eust. 13, 46; denique huc spectat virus Eustathii locus 1192, 20: ὅτι δὲ τὸ ὄ στοιχεῖον ὄν λέγουσιν οἱ Αἰολεῖς μετὰ ψιλῆς οἰκείῃ εἶθι (ψιλωτικοὶ γάρ εἰσιν ἐπὶ πᾶσιν) ὑπὸ ὄν εἰδῶτων παραδίδοται.

mōnent, quae semper fieri cum summa confidentia pronuntiant, quanquam ea raro fieri certissimum est. Tale est, quod Priscianus (I. p. 22) et Melampus (Bekk. 777, 15) semper apud Aeoles asperum in digamma mutari tradunt, idque, hoc quidem teste, *ψιλοῦντας πᾶσαν λέξιν*. Deinde unum certe grammatici testimonium extat, unde colligere licet, fuisse qui psilosin Aeolicam finibus quibusdam circumscriberent, quum Aeoles asperum ignorare dicuntur *ἐν ταῖς ἰδίαις λέξεσιν* <sup>6</sup>). Satis patet proprias Aeolum dictiones eas vocari, quae aliis dialectis non sunt communes, sed aliqua certe mutatione Aeolibus propria a reliquorum Graecorum usu discedunt. Et reperiuntur aliae simillimae grammaticorum regulae, unde illa illustrari possit. Primum (docente Herodiano in Ann. Ox. IV, 416, 12, unde Choer. ap. Bekk. ad Apoll. de synt. p. 350) *αἱ διάθογγοι Αἰολικαὶ οὐδέποτε τοῖς Αἰολεῦσι διαλύονται*, quales sunt in *μέλαις*, *ὄνοιρος*, quia reliquae dialecti *μέλας* et *ὄνειρος* habent; deinde Aeoles alio auctore (Ann. Ox. I, 291, 24) *οὐδέποτε τὰ παρ' αὐτοῖς δύο ᾧ τρέπουσιν εἰς ζ̄*, nec *νίσσω*, quod ipsi pro *νίπτω* habent, in *νίζω* mutant. Jam in his regulis *Αἰολικαὶ διάθογγοι*, *τὰ παρ' αὐτοῖς δύο ᾧ* nihil est nisi *ἴδιαι διάθογγοι*, *τὰ ἴδια δύο ᾧ*, et ipsae voces *μέλαις*, *ὄνοιρος*, *νίσσω* optimo jure *ἴδιαι Αἰολέων λέξεις* vocari poterant. Igitur non magis in illa regula vocem *ἰδίαις* supervacaneam habere licet et tautologicam (quae est Giesii opinio p. 348), quam *Αἰολικαὶ* vel *τὰ παρ' αὐτοῖς* in ceteris. Neque, si grammaticorum doctrinam de dialectis spectamus, absona et absurda videtur ea regula, quae proprias Aeolum dictiones aspero caruisse docet. Illi enim ita persuasum habebant quamque dialectum alia propria habere, alia cum aliis dialectis communia, quae nulli dialecto propria vindicari possent, alia ex aliis dialectis, quibus propria essent, deri-

6) Scholl. Dion. 716, 9 *τὸ ἤμιν Αἰλικόν· πάντων γὰρ ἐστὶν ὁ λέγων ὅτι οἱ Αἰολεῖς ἐν ταῖς ἰδίαις λέξεσι εἴη δασύαν ὅλως ἀγροῦσαι*. De corrupta voce *ἤμιν* Giesii suspiciones videsis p. 341 seqq.

rata. Ita grammaticus in Ann. Ox. I, 325, 31 postquam apud Aeoles liquidas et  $\sigma$ , non ita ceteras consonantes, duplicari docuit, pergit: *ἐὰν οὖν ἕτερον διπλασιασμὸν παρ' αὐτοῖς ὕρῆς, τῷ κοινῷ ἐχρήσαντο, καὶ οὐκ ἰδίως ἐποίησαν* i. e. *ἐν αἷς ἰδίαις λέξεσιν οὐ διπλασιάζουσι τὰ ἄλλα σύμφωνα πλὴν ὧν ἀμεταβόλων καὶ τοῦ  $\sigma$* . Non aliter apud Aeoles omnes voces leni instructas, quum vulgo asperum haberent, Aeolicae dialecto proprias (*ἰδίας λέξεις*) judicare, contra, in qua asperum vulgarem tenebant, e communi usu recedere poterant. Et adjuvabat hanc opinionem fortasse, quod multae notissimae voces Aeolicae, quae lenem pro spero habebant, simul aliam mutationem Aeolibus propriam passae erant, ut *ἄμμες, ὕμμες, ἔμμα* pro *ἡμεῖς, υμεῖς, εἶμα*. Neque, si qua vox aspero non Aeolica, aliis mutationibus Aeolica videretur, id grammaticos turbare poterat, qui haud raro mixtam in una voce agnoverent dialectum<sup>7</sup>). Jam vero non latet, quam facile accuratior regula minus accurate ita pronuntiari potuerit, ut Aeoles ubique asperum fugere dicerentur, quia aliena ab Aeolibus et aliunde intrusa putabant, quae asperum habebant. Quanquam plerosque grammaticos non arctiore hoc sensu psilosin Aeolibus tribuere persuasum habemus. Partem tamen grammaticorum Aeolicam psilosin finibus quibusdam circumscripsisse, probabile est.

4) In titulis Aeolicis et Aeolicorum poetarum reliquiis nonnulla reperiuntur, quae Aeoles vulgatum asperum in lenem mutasse docent, tenui antecedente non in spiratam conversa; haud raro tamen tenuis mutata asperum indicium facit. Neque haec recentiori dialecto Aeolicae, quae in titulis Lampsaceno et Cumaeo apparet (nam e

7) Ita in *ἀγανός* Aeolicum habetur  $\sigma$  pleonasticum, accentus non Aeolicus, Et. Orion. 3, 8; *Ποσειδάων* Pseudaeolicum vocatur, quia correptio vocalis in vocativo Aeolica sit, forma soluta *Ποσειδάων* non Aeolica, Ann. Ox. III, 391, 8; *σύννοια*, quia accentus et  $\epsilon\iota$  in  $\sigma\iota$  mutatum Aeolica habebantur, diphthongus tamen diaeresin admittit, Herodiano est *ψευδαιολικόν*, vid. §. 18. not. 4.

Lesbiis casu nihil fere de spiritu discitur), antiquae proprietatis minus tenaci, et librariorum oscitantiae vulgarem rationem intrudentium adscribi posse, inde apparet, quod comparatis omnibus, quae in libris titulisque certiora aut asperi aut lenis indicia reperiuntur, certa quaedam lex atque regula detegitur. Constat enim Graecorum asperum saepe ex antiquo s aut j natum esse, quod cognatae linguae servarunt, vid. Giese p. 242 seqq. Jam vero asperum ejus originis fere semper apud Aeoles non minus servatum esse, quam in reliquis dialectis, contra lenem fuisse, ubi reliquarum dialectorum asper alia ratione ortus est, indicia titulorum et librorum satis luculenter docent.

5) Asperi indicia primum reperiuntur in titulis et libris sine ulla varietate lectionis haec:

In articulo et demonstrativis Sapph. — 2 ἐφαινεθ' ἄσελάνα, 46 ποθ' ᾠδ'. Antiquum, ut alia omitamus, apparet in pronomine demonstrativo Sanscritico sa, sã, tat, Gothico articulo sa, sô, thata, denique in Latinae linguae formis antiquis sum, sam, sos, sapse pro cum, eam, eos, ipsa (vid. M. Schmidt de pron. p. 11).

Relativa non minus spiritum asperum produnt in Lamps. 14 καθ' ὃν καῖρον, Cum. 8 καθὰ, 36 ἐφ' ἄν, 4 ἐφ' οἴσιν. Ea vero aut non diversa erant olim a demonstrativis, ut Homericus dialectus nullum fere discrimen novit (cf. Schmidt p. 42) et Aeolica quoque ac Dorica dialectus relativis saepe ε̄ praefigit (vid. §. 23), unde si in asperum mutatum appareret, aut e Sanscritis relativis jam etc. derivanda sunt, quod maluerunt Bopp *Vergl. Gr.* §. 382, Pott II, 162, Giese p. 243. — Nos nunc nolumus quaerere, utrum verius sit. —

ἄβρα pro ἡβη in ἔφαβος Cum. 46. 50; Pottius I. p. 113 confert juvenis, Sanscr. juwan Compar. jawijas ἄγνος — Alc. 45 ἰόπλοχ' ἄγνα, 85 ἐδέξανθ' ἄγνα Boppius, Giesius et Pottius I. p. 236 recte derivare videntur.

dentur a radice Sanscrita *jadsh* (venerari); minus recte comparantur Latina *sacer*, *sancio*.

ἔ radix in ἀφέθεις Lamps. 14; comparatur a Pottio I, 276 radix Sanscrita *as* (jacere), unde transpositione natam putamus, diversi a Pottio; vide tamen eundem II. p. 672.

εὐδω in καθεύδω S. 24; in reliquis linguis cognata stirps non reperitur; at *ιαύω*, quod non alienum videtur, spiritum e *j* natum prodit, quanquam in *εὐνή* (ex *εὐδνη*) lenis est.

ὄδος in ἔφοδος Lamps. 29, cf. Sanscr. *sad* (ire) Pott I. p. 248, Giese p. 248.

ὄρω (videre) in ἐφόρει Alc. 70. cf. *servare*, *observeare*.

ὑπερ in καθύπερθεν Alc. 7. cf. *super*.

ὑπὸ in πρώτισθ' ὑπὸ Alc. 7. cf. *sub*.

ᾠρα in ἔρχεθ' ᾠρα S. 24; recte Pottius I. p. 123 comparat Gothicum *jēr* (annus).

6) Contra lenis indicia, ubi vulgo asper est, reperiuntur in his:

ἀγρέω pro αἰρέω (cf. Buttm. Lexil. I. p. 130, Giese p. 234) — κατάργεντον Lesb. 2166, 10, κατάργει Sapph. 98. cf. Hes. καταργεῖ, καθαιρεῖ; neque aliter spiritus asper apparet in Homericō ἀντάργετος pro ἀνθαίρετας Od. π, 148, et ubicunque extra Aeolicam dialectum antiquior forma servata est. Giesius et Pottius I. p. 234 conferunt Sanscr. *hri* (prehendere), quibus non adversor, modo *ā* euphonicè praepositum iudicetur.

ἄμμεσ — κ' ἄμμι Alc. 60, οὐκ ἄμμι S. 78, et lenis certissimus est apud Homerum et ubicunque cae formae leguntur; Sanscrite *asmān* est ἡμᾶς.

ἄπαλος — Sapph. 76 ᾠρχεῦντ' ἀπαλοῖς est in nonnullis libris, Theocr. 28, 4 ὑπ' ἀπαλῶ in duobus; accedunt in Sapph. fr. 15 κἀπάλαις e Bergkii conjectura pro καὶ πολλαῖς, et ἀντ' ἀπαλᾶν δερᾶν e nostra pro ἀντιαπαλαῖ δεσραι (aut e Nevii ἀμπ' ἀπαλᾶ δέρα). Vox non diversa est ab ἀμαλός, de cuius spiritu multa inter grammaticos

disceptatio erat, vid. Spitzn. ad II. χ, 310. Origo vocis dubia est; si tamen Butt. Lex. I. p. 262 ἀμαλὸς recte cum μαλακὸς, ἀβληχρὸς comparat, ā euphonicè praepositum antiquitus lenem habebat.

ἔς radix in ἐπεμμένα pro·ἐφειμένα Sapph. 74; certissime olim digamma habebat, vid. Giese p. 278.

ἔτερος vel ἄτερος in κἄτερωτα Sapph. 1, 5 pro καὶ ἐτέρωτε, cf. Hes. κατέροτα; comparanda sunt Latinum iterum, Anglosaxonicum other, vid. Grimm III. p. 637.

ἴμερ in ἐπ' ἴμέρω Sapph. 58, ut ex uno libro scriptum est. Pottius ἴμερος derivat a radice Sanscrita ish (cupere).

ἴρος pro ἱερός — Cum. 6. 16 κατείρων, κατειρώσιος pro καθιερούων, καθιερώσεως, Alc. 61 τὸν ἀπ' ἴρας e certissima Bergkii emendatione pro τὸν πήρας. Asper non minus deest in Ἰάρον i. e. Ἰέρον in antiqua inscriptione Theraca nr. 12 (Boeckh *Abh. d. Berl. Ac.* 1836), quam in illis asperi signum frequens est, ut antiqua Dorica dialectus aequè in hac stirpe asperum ignorasse videatur; ἐπιαρος legitur in foedere Eleorum C. I. nr. 11, quod pro ἐπίερος videtur. Cognata videntur aruspex, ἱεροσκοπος, et ipsa Graeca ἀρά, ἀρητήρ, ἐπαρή (cf. sacer, sacerdos, exsecrari), quae ex antiqua forma ἱαρος abjecto ἱ nata sunt, cf. ἰάω et ἄσσα, ἰάχη et ἠχή etc.

ἰψ rad. pro ὕψ — κατ' ἰψηλὼν ὀρέων S. 119; comparatur a Pottio I. p. 88 Sanscr. utsh̄tsha, altus.

ὄ,τι — Sapph. 1 v. 15. 17 κῶ,τι, cf. Lat. ecquis. Minime enim hoc pronomen e relativo et interrogativo compositum esse, docent adverbia ὅπως etc. cf. 23, 10.

Ἰορράδιος — τῷ τ' Ἰορράδιῳ. Alc. 73; vox, si comparas Latinum spurius, a radice σφυρ descendere videtur, vide quae disputavimus in Mus. Rhen. a. 1838. Aeoles, sigma olim abjecto, digamma habuisse videntur, ut Φὸς pro σΦος (cf. Sanscr. svas, Lat. suus), ita tamen ut negligi posset, cf. nr. 9 s. v. ἄδως.

ὑστερον — Sapph. 69 οὐδέποκ' ὕστερον in libris

est, quanquam alia de causa emendandum. Pottius II. p. 338 derivat ab *ὄψέ*.

7) Omisimus, quae nostrae regulae adversantur; sunt ea tamen satis pauca. Primum radix *ix* et asperi et lenis indicia habet; legitur enim *ἐφίκτισιν* Cum. 14, *ἐφίκεσθαι* Sapph. 44; contra apud Sapph. 2, 8 pro antiqua lectione *ἐθ' ἦκει* post *Τούπιον*, qui in omnibus fere libris *εἶκει* legi affirmat, *ἐτ' ἴκει* editum est et ex uno codice certius traditur; *ἀπίξεται* est Theocr. 29, 13, quanquam quatuor Gaisfordii libri *ἀφίξεται* praebent. Antiqua radicis forma latet<sup>8)</sup>; certiora sunt asperi indicia.

Deinde lenem prodit *κατιδρόσει* Cum. 7, quanquam aperte cognata sunt *sedeo*, Gothic. *sitan*; denique *ὑμμες* lenem habet in *θέλει ὑμμες* Sapph. 95, multis grammaticorum testimoniis confirmatum, quanquam Sanscr. *jushman* est *ὑμᾶς*. Sed tam paucae exceptiones in tot exemplis ipsam regulam non debilitant, sed confirmant.

8) Jam ad grammaticos redeuntibus apparet, exemplorum, quae afferunt, nonnulla nostram de psilosi Aeolica regulam sequi, plura adversari, in quibus non moramur, quia exemplis non magis dubitamus fidem detrectare, quam ipsis grammaticis, omnem asperi usum Aeolicae dialecto abjudicantibus. Neque quidquam fructus carpitur iis vocibus Aeolicis comparatis, quae in poetarum et grammaticorum libris passim lenem pro vulgari aspero appictum habent. Exempla collecta addimus

---

8) Boppius in Gloss. Sanscr. p. 211, Pottius I. p. 269, Giesius p. 291 conferunt Sanscr. *viç*; non recte. Nam nullum digammi vestigium in hac radice apparet. Quod Giesius ad digamma probandum affert ex Hesychio *γίξαι, χωρήσαι*, potius est Boeoticum *Fiξαι* pro *Feiξαι*, cf. §. 40, 3; deinde in Od. *v*, 213 *Ζεὺς ἀφίας τίσαιτο ἰκετήσιος*, quam antiquam lectionem recte restitui jubet p. 289, hiatus et productionis causa non est digamma, sed caesura primaria, cf. Il. *ε*, 576, *v*, 259, Od. *ι*, 366, *κ*, 322 etc. Neque apud Sapph. 59 ullo jure *Fiξω* scriptum est.

eorum causa, qui haerent in librorum levissima auctoritate. Ceterum, ubi plures libri extant, vix unquam conspirant. Leguntur haec: ἀγήσαιτο A. 57, ἀγρέω semper, Αἰσιόδος et αἰμίονος, quae Aeolica dicuntur pro Ἡσιόδος, ἡμίονος Et. M. 452, 37, ἄδν S. 2, 3, ἀλλόμαν S. 88, ἄμμες fere semper; ἔμμα semper pro εἶμα vid. §. 8, 3, ἔροτις vid. §. 30 not. 3, εἰάρας S. 53, Εἴρος pro Ἐβρος A. 94, ἴλλας et ἴλλαθι (potius ἴλλαθι) Choer. Ox. II, 224, 16 et 225, 6, ἰμέρῳ J. Gr. 244, b et Meerm. 662, ἴστος S. 18, ἴφος Ann. Ox. I, 63, 29, ἴψηλος, ἴφοθεν et ἴπαρ (fort. ἰπέρ) J. Gr. 244, b, ἴμιλλος Choer. Ox. II, 244, 22 et 247, 16 (adeo corrupte ἐπόμιλλος in Et. G. 561, 4), ὄρημι S. 2, 11 et ὄρημαι ap. Hes., ὄρπετον S. 20 et Theocr. 29, 13, ὄπη Vatic. 690, ὄδωρ S. 4, ἐμάρτη Theocr. 28, 4; ὕμοιον 29, 20 pro ὀμάρτει, ὀμοιον, ὕμμες fere semper, ὕπισθα et ὕπερθα Apoll. de adv. 606, 16 (sed teste Bastio ad Greg. Cor. 187 ὕπερθα), ὕσδων pro ὄζων S. 4; ὕπισθα et ὕσδων hic adjecimus, quia ὕ initiale vulgo asperum postulat.

9) Igitur, nisi omnia nos fallunt, quanquam non certissimum, satis tamen probabile est, Aeoles Asianos cum reliquis Graecis fere communem habuisse asperum e s̄ vel j̄ natum, contra aliis causis recentiore, ut videtur, tempore in aliis dialectis additum respuisse. Eandem legem in Aeolicorum poetarum reliquiis describendis, quantum fieri poterat, sequendam duximus. In universum reliquimus asperum vulgatum, si certa lenis praeferendi causa deesset. Lenem posuimus in omnibus vocibus, stirpibus et formis, quas certiora lenis indicia habere vidimus nr. 5; asperum maluimus in radice *ix*, adeo ἐθ' ἦκει S. 2, 8 et ἀγίξεται Theocr. 29, 13 non sine libris restituimus, vid. nr. 7. Praeterea lenem, partim cum aliqua librorum auctoritate pro vulgato aspero addidimus in his:

ἀγήσαιτο Alc. 57, quia ἀγέομαι ab ἄγω derivatum etiam apud Dores lenem habet, vid. Giese p. 417.

ἄδνς, quia antiquum digamma, etiam Aeolibus usi-



tatum (vid. §. 5, 2) in lenem abisse, ut in *ἔμμενος* pro *Ἐέμμενος* (nr. 5), consentaneum est, quanquam antiquissimo tempore haec stirps ante digamma habebat  $\bar{s}$ , ut docent Sanscr. *svadus*, Lat. *suavis*.

*ἀμέρα* propter *ἡμαρ* et Pindarica *ἐπάμερος*, *πεμπτάμερος*.

*ἄρμα* a radice *ἄρ*, ut etiam in antiquo titulo Dorico C. I. nr. 4 *Ἀρμοξίδαμος* sine asperi signo dialecti causa scriptum videtur.

*ἵππιοι* Alc. 7. cf. Sanscr. *aṣvas*, Lat. *equus* et ipsa Graeca *λέυκιππος* etc. cf. Giese p. 332.

*ἴστος* propter Homericum *ἐπίστιον*.

*ὄρπειτον* pro *ἄρπειτον* vid. §. 12, 2, cf. *ἀρπάζω*, *ραπίο*.

*ὔδωρ* cf. Gothicum *vatô*, Anglos. *väter*.

*ὔσδος* ut *ὔζος*.

Contra levissimae librorum auctoritati obtemperare nolimus in *ἐταίρα*, *ὑμάρτη*, *ὑμοιος* (cf. Sanscr. *sama*, Lat. *similis*, *simul*). — In singulis vocabulis Aeolicis, quae passim e titulis et grammaticis afferuntur, easdem regulas tacite sequuti sumus.

Quod grammatici negant,  $\bar{\rho}$  apud Aeoles asperum habuisse, quam verum sit difficile est ad dijudicandum, quia asperi signo grammatici nihil significabant nisi rudiolem literae sonum; antiqui enim Graeci, quanquam in ceteris utebantur asperi signo, nunquam literae  $\bar{\rho}$  addunt. Apud Aeoles hunc consonantis  $\bar{\rho}$  sonum alium fuisse, non credo grammaticis, generalem de psilosi Aeolica regulam etiam ad  $\bar{\rho}$  adhibentibus. Exemplum, quod Aeolicum vocatur, *ῥάρος* lenem non minus habere videtur propter sequens  $\bar{\rho}$  aspiratum, quam N. P. *Ῥᾶρος*. vid. quos laudat Passow in Lexico et Herod. π. μ. λ. p. 35. — Itaque in his vulgarem usum deserere nolimus.

## §. 5.

## De digamma.

1) Digamma apud Aeoles in usu fuisse, ipsum Aeolici cognomen, quod apud Grammaticos gerit<sup>1)</sup>, satis arguit, et diserta adsunt testimonia<sup>2)</sup>, unde, quum una Boeoti nominentur, etiam hic grammaticos de Asianis Aeolibus cogitasse apparet. — Priscianus et Melampus<sup>3)</sup> tradunt Acoles ubique digamma aspirationis loco posuisse, quos vehementer errare, monuisse satis habemus. Accurata investigatio, reliquis dialectis et cognatis linguis comparatis, potius digamma ex antiquiore lingua acceptum, nunquam ex arbitrio quodam additum esse, luculenter docet.

1) Quintil. I, 4, 7 et 7, 27; Prisc. I. p. 12. 16. 21; Apoll. de pron. 98.

2) Tryph. παθ. λεξ. §. 11. προστίθεται δὲ καὶ τὸ δίγαμμα παρὰ τὰ Ἴωσι καὶ Δωριεῦσι καὶ Λάκωσιν, οἷον ἄναξ Φάναξ, Ἑλένα FEλένα. προστίθεται καὶ (leg. δέ) ἀπὸ φωνηέντων ἀρχομένοις· ἅπαξ δὲ παρ' Ἀλκμαίῳ τὸ ῥῆξις καὶ Φρῆξις εἰρηται. SchoH. Dion. 777, 26. τὸ παρὰ Βοιωτοῖς καὶ Αἰολεῦσι δίγαμμα; p. 778, 9. πάντα τὰ στοιχεῖα κατὰ πᾶσαν ἔστιν εὐρίσκεισθαι διάλεκτον· τὸ δὲ δίγαμμα οὐκ, ἀλλὰ παρὰ μόνοις τοῖς Βοιωτοῖς καὶ τοῖς Λάκωσι καὶ τοῖς Αἰολεῦσιν; item Ann. Ox. IV, 323, 3. Alia vid. infr.

3) Prisc. I. p. 22. »Sciendum tamen, quod hoc ipsum (digamma) Aeoles quidem ubique loco aspirationis ponebant effugientes spiritus asperitatem.« — Id. XIII. p. 574. »et in aliis dictionibus quibusdam solent Latini Aeoles sequuti vel in digamma V vel in S convertere aspirationem, ἥμισυ semis, ἕξ sex, ἑπτα septem« (male Krehlius *Fῆμιον* etc.; Aeoles ob solum digamma memorantur), cf. I. p. 23. 24. vid. not. 8. — Melampus Bekk. 777, 15. τὸ εὐρισκόμενον παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι δίγαμμα οὐκ ἔστι γράμμα — ἔχει δὲ τύπον τόνδε· F — ὃ προστίθεται οἱ Αἰολεῖς ἐκάστη λέξει παρ' ἡμῖν δασυνομένη, αὐτοὶ ψιλοῦντες πᾶσαν λέξιν. σύμβολον οὖν παρ' αὐτοῖς ἔστιν ἐκφωνήσεως ἔχον τῆς οἰ καὶ οῦ διφθόγγου etc. — Macrob. II. p. 296, ed. Bip. »f digammon est Αἰολίων, quod illi solent magis contra vim adspirationis adhibere.«

2) Digamma primum ante vocales initiales fuisse traditur. Grammaticorum testimonia adsunt de pronomine 3 pers. *Ἔθεν*, *Ἔθι*, *Ἔξ*, possessivo *Ἔος*, et de *Ἔϊνος* 4). In poetarum reliquiis nunc ipsum digamma non est certissimum, nisi in fragmentis ab Apollonio allatis, quamquam et hic plus semel in codice corruptum, *Ἔθεν* Alc. 6 (cod. *γέθεν*), *Ἔθι* S. 2, 1, *Ἔθον* G. 106 (cod. *εθον*) 5). — Interdum in similes literas etiam alibi abiit, primum in *τ*, ut in fragmentis ab Aristotele servatis Alc. 45 et S. 26 recte *Ἔειπην* pro *τ' εἶπην* emendari videtur, et Alc. 31 *Ἔάδεα* pro *τάδε ἄν*. In *γ* corruptum est praeter *γέθεν* A. 6 apud Alc. 56, ubi *ἐκ F' ἔλετο* correximus pro librorum lectione *ἐκ δ' ἔλέγετο*, deinde in glossis nonnullis Hesychnianis, quas Lesbicas esse liquidarum duplicatio arguit (§. 8, 3. 8), *γάλλοι*, *ἦλοι* et *γέμματα*, *εἶματα* pro *Ἔάλλοι*, *Ἔέμματα* et minus certis *γέλλαι*, *τίλαι*; *γελλίξαι*, *συνειλήσαι*.

4) Apollon. de pron. 98. τὸ Αἰολικὸν δίγαμμα ταῖς κατὰ τὸ τρίτον πρόσωπον προσνέμεται καθὸ καὶ αἱ ἀπὸ φωνήματος ἀρχόμεναι δασύονται, addito Alc. fr. 6. — Id. 106. Αἰολεῖς οὖν τῷ F φαίνεται Ἔθι κῆνος. Σαρκώ. — Id. 107 de accus. Αἰολεῖς μετὰ τοῦ F i. e. Ἔθι. — Id. 136 de pron. poss. 3 p. Αἰολεῖς σὶν τῷ F κατὰ πᾶσαν πτωσὶν καὶ γένος τὸν εὐν παῖδα καλεῖ (S. 103) καὶ Ἄλκμαν συνεχῶς Αἰολίζων φησὶ τὰ ἑα κάδεα, ubi minus recte Bekkerus scripsit *Ἔθον*, *Ἔθά*, quem Nevius fr. 89 et Welckerus Alcm. fr. 76 sequuti sunt. — J. Gr. 244, b τὸν δὲ οἶνον εἶνον (recte Lascaris *Ἔϊνον*). ἔθος δὲ ἴστιν αὐτοῖς τῶν φωνηέντων προτιθέναι τὸ δίγαμμα.

5) Addimus hic Prisciani testimonia nonnulla de digamma apud Aeoles, quia exempla non e poetis vere Aeolicis, sed fortasse ex Alcmane hausisse videtur (vid. §. 2, 4): I. p. 21. »Sicut illi (Aeoles) solebant accipere digamma modo pro consonanti simplici, teste Astyage, qui diversis hoc ostendit usibus, ut in hoc versu: οἰόμενος *Ἔἔλλαν ἐλικώπιδα*, sic nos quoque etc.« — Deinde: »Est tamen quando iidem Aeoles inveniuntur pro duplici quoque consonante digamma posuisse ut *Νέστορα δὲ Ἔθῶν παῖδος*« (codd. *Ἔθι παρος* et *παρος*, unus Erl. *Ἔθι παιδος*). — Id. p. 21 »Digamma F Aeoles est quando pro nihilo in metro accipiebant, ut *ἄμμε δ' Ἔερέηναν τὸ δὲ τ' ἄρ θέτο Μῦσα λιγία*; est enim hexameter heroicus, de quo versu corruptissimo vid. Giese p. 184 seqq.

Interdum literae cognati soni pro digamma scriptae reperiuntur, in *βίτις* pro *βίτις*, quod Terentianus Maurus Aeolibus tribuit <sup>6)</sup>, in *φέσπερε*, ut in Sapph. fr. 45 legitur apud Et. Gnd. 446, 3, dum ceteri, qui hunc versum asserunt, *Ἔσπερε* habent, et hanc lectionem ipsis ineptis vocis etymologiis confirmant, vid. Neue fr. 68, unde cum Welckero *Ἔσπερε* scripsimus.

Subinde in poëtarum reliquiis hiatus illicitus olim digamma pronuntiatum fuisse indicat, ut Alc. 7 ὑπὸ ἔργον, S. 2, 11 γλώσσα ἔαγε, ubi recte scripserunt *Ἐἔργον*, *Ἐἔαγε*; recte etiam Alc. 31 e duplici lectione οἴνω πλεύμονα τέγγε, cui metrum adversatur, et *τέγγε πλεύμονας οἴνω* intellexerunt olim *τέγγε πλεύμονα οἴνω* i. e. *Φοίνω* scriptum fuisse. (Minus certum est digamma, quod in corruptiore loco Sapph. 2 v. 7 ὡς σε γὰρ *Ἰίδω* scribentes restituimus). Cavendum tamen ne hiatus quemlibet, saepe corruptela ortum, digammi, id quod Alcaei et Sapphus editores nonnulli fecerunt, indicium habeamus. Qui quas voces temere digamma ornaverunt, quod nullo aliunde argumento vindicari posset, omittimus.

3) Quas voces apud Aeoles magis minusve certis argumentis intelligitur digamma apud Lesbios habuisse, pronomina 3 pers., *Ἐἄδης*, *Ἐἄλλος*, *Ἐἔαγα*, *Ἐἔπον*, *Ἐἔμμα*, *Ἐἔργον*, *Ἐἔσπερος*, *Ἰίδω*, *Ἰίτις*, *Ἰοῖνος*, caedem omnes apud Homerum certissima digammi indicia habent, ut ex antiquissima Graccorum lingua hunc sonum apud Aeoles servatum esse pateat. — Neque tamen semper aut ubique antiqui digamma tenaces erant. Nam et in titulis nullum ejus vestigium, ubi adēo Lesb. 2166, 16 *εἴκοσι*, l. 24 *οἰκήσοισι*, Lamps. 12 *ἴσως*, Cum. 41 *εἴκονας* leguntur, quas voces olim digamma habuisse, ex eodem Homero et aliunde constat, et in poëtarum reliquiis reperiuntur, ubi digamma, quod olim fuit, vim consonantis

6) Ter. M. de syll. c. 2 v. 659 p. 2397 P.:

Quamque *ἴτιν* dicunt Achaeci, hanc *βίτιν* gens Aeolis;  
Plura Sappho comprobavit, Aeoles et ceteri.

amisisse metro apparet. Satis erit, certissima exempla afferre: A. 41 ἀπάλαμνον εἶπην, 57 τὸ δ' ἔργον, S. 51 ὄσσον ἴδην, S. 111 ex antiquo papyro προῖδοισαν, (nec minus in fr. 110 ex eodem papyro οὐκ οἶδα non οὐ Φοῖδα scriptum est), S. 3 φάεννον εἶδος, S. 74 ἐπεμμένα, A. 1 ὠ' ναξ, S. 2, 1 κῆνός ἴσος, 44 ἔρχεται ἴσος, A. 5 εὐπέδιλλος Ἴρις, S. 55 κάλιστ' εἰκάσθω<sup>7)</sup>; nam fuisse digamma in ἰδεῖν, οἶδα, εἶδος, ἄναξ, ἴσος, Ἴρις et radice εἰκ, ex Homero et aliunde satis constat. Consentit Priscianus, digamma subinde Aeolibus pro nihilo fuisse testatus (not. 5), quanquam vix probabile est; quod e corrupto, quem adhibet versu, colligi possit, vel sic digammi signum adscriptum fuisse. Neque Lesbii, id quod Dorienses nonnullos fecisse, e tabulis Heracleensibus apparet, in aliis vocibus et stirpibus antiquum digamma tenuerunt, in aliis abjecerunt, siquidem in iisdem vocibus servati et neglecti vestigia reperiuntur. Tantummodo in pronomine tertiae personae firmiter haesisse videtur, unde, aliis rationibus accedentibus, Alc. 88 scripsimus δὲ Φαύτω pro δ' εαύτω, vid. §. 23, 7; in reliquis suadente versu et assumi videtur et, saepius quidem, negligi. Igitur videntur Lesbii digamma ante vocales initiales ex antiqua lingua hereditate acceptum jam Alcaei et Sapphus tempore plerumque neglexisse, postea ante Alexandrum M. prorsus abjecisse.

4) Digamma ante  $\bar{\varrho}$  initiale positum in unico traditur Φρηξίς, quo Alcaicum semel usum esse Trypho refert (vid. not. 2). Contra Priscianus<sup>8)</sup> docet, digamma ante  $\bar{\varrho}$

7) Apud Theocritum nullam fere digammi vestigium, nisi forte καὶ οἶ 28, 23, plura neglecti.

8) Prisc. I. p. 23: »In  $\bar{\varphi}$  solet apud Aeoles transire digamma, quoties ab  $\bar{\varrho}$  incipit dictio, quae solet aspirari, ut *ρήτωρ βρήτωρ* dicunt.« — Id. p. 24: »Aeoles loco aspirationis digamma ponentes in dictionibus ab  $\bar{\varrho}$  incipientibus solent loco digamma B scribere, iudicantes debere praeponi digamma quasi vocali; sed rursus quasi consonanti digamma in eadem syllaba praepone recusantes commutabant id in B, *βρήτωρ*, *βρόδος* dicentes.«

initiale ab Aeolibus mutatum esse in  $\beta$ , quod minus accurate reliqui \*) grammatici pleonastice praepositum dicunt. Haec vero hujus usus exempla apud grammaticos reperiuntur:  $\beta\rho\alpha$  et  $\beta\rho\alpha\acute{\iota}\delta\iota\omicron\varsigma$ ,  $\beta\rho\alpha\delta\acute{\alpha}\mu\alpha\nu\theta\upsilon\varsigma$ ,  $\beta\rho\acute{\alpha}\kappa\omicron\varsigma$ ,  $\beta\rho\eta\tau\omega\varsigma$ ,  $\beta\rho\acute{\iota}\zeta\alpha$  vel  $\beta\rho\acute{\iota}\sigma\delta\alpha$ ,  $\beta\rho\acute{\omicron}\delta\omicron\nu$ ,  $\beta\rho\acute{\iota}\tau\eta\varsigma$ ,  $\beta\rho\acute{\iota}\tau\iota\varsigma$ .

Sappho  $\beta\rho\acute{\omicron}\delta\omicron\nu$  dixisse refertur ab Orione p. 140, 18;  $\beta\rho\acute{\alpha}\kappa\epsilon\upsilon$  habet fr. 69, ut Theocr. 28, 11; denique vox a grammaticis omissa  $\beta\rho\acute{\alpha}\delta\iota\omicron\varsigma$  legitur Sapph. 18 et 55. Recte a Schneidewino restituta videntur  $\beta\rho\acute{\omicron}\delta\omicron\nu$  et  $\beta\rho\delta\omicron\pi\acute{\alpha}\chi\epsilon\iota\varsigma$  Sapph. 69 et 62, quia nullo indicio unquam hoc  $\beta$  omissum esse significatur. — In titulis nulla vox legitur, quae huc facere possit. Non alienum autem videtur nomen Lesbiaci promontorii  $\beta\rho\eta\tau\omicron\varsigma\alpha$ , quod comme-

9) Apoll. de adv. 567, 20.  $\mu\grave{\eta}$  γὰρ ἄλλοτε προτιθένται Αἰολεῖς τὸ  $\beta$  τῷ  $\rho$ , εἰ μὴ τὸ  $\delta$  ἐπιφέροίτο κατὰ τὴν ἐξῆς συλλαβὴν ἢ τὸ συνηγεῖς  $\zeta$  ἢ τὸ συμπαισιότερον  $\tau$ . ἄποξ γὰρ τοῦ  $\alpha$  ἐπιφερομένου ἢ πρόσθεν ἐγένετο· διὰ τοῦτο βρόδον φασι καὶ βρίζα καὶ βρυτῆρες· οὐ μὴν τὸ  $\acute{\iota}\epsilon\omega$  ἔτι βρῖω φασι οὐδὲ ἄλλο τι τῶν τριούτων, unde Aeolicum  $\beta\rho\acute{\alpha}\kappa\epsilon$  e  $\beta\rho\acute{\alpha}\delta\iota\omicron\varsigma$  derivat, cf. p. 566, 32 et 573, 29; hinc hausit Et. M. 700, 30; Eust. 222, 3 in ceteris consentiens addit exemplum ab Apollonio omissum  $\beta\rho\acute{\alpha}\kappa\omicron\varsigma$ . cf. p. 1654, 23. — Manca regula (litera  $\zeta$  et exemplo  $\beta\rho\acute{\iota}\zeta\alpha$  omisso) legitur apud Joann. Gr. 243, b, Greg. Cor. 572, Meerm. 660, Vatic. 689. — Praeterea pleonasticus litterae  $\beta$  ante  $\rho$  apud Aeoles usus cum vulgatis exemplis  $\beta\rho\acute{\omicron}\delta\alpha$ ,  $\beta\rho\acute{\alpha}\kappa\epsilon$  commemoratur a Joann. Gr. 236, a et 237, a, Leid. 638, Vatic. 689 (ubi additur  $\acute{\rho}\alpha\nu\alpha\iota$   $\beta\rho\acute{\alpha}\nu\alpha\iota$ , fort.  $\acute{\rho}\alpha$   $\beta\rho\acute{\alpha}$ ), Mich. Pselló apud Koen. ad Greg. C. 572. — Aeolicum  $\beta\rho\acute{\omicron}\delta\omicron\nu$  agnoscitur ab Orione p. 140, 17, cf. Et. Gud. 114, 17, ubi corrupte  $\kappa\rho\acute{\omicron}\delta\omicron\nu$ , et Et. M. 185, 29; Hes.  $\beta\rho\acute{\omicron}\delta\alpha$ . Αἰολεῖς  $\acute{\rho}\acute{\omicron}\delta\alpha$ , et  $\beta\rho\acute{\alpha}\delta\iota\omicron\nu$ ,  $\acute{\rho}\acute{\alpha}\delta\iota\omicron\nu$  Αἰολεῖς;  $\beta\rho\acute{\alpha}$  et  $\beta\rho\acute{\alpha}\delta\iota\omicron\nu$  Eust. 163, 21;  $\beta\rho\acute{\alpha}\kappa\iota\alpha$  (sic) Et. M. 98, 4. — Nova exempla accedunt ex Joann. Gr. 244, b, ubi  $\beta\rho\acute{\omicron}\delta\alpha$ ,  $\beta\rho\alpha\delta\acute{\alpha}\mu\alpha\nu\theta\upsilon\varsigma$ ,  $\beta\rho\tau\eta\tau\eta\varsigma$  afferuntur, et ex Etym. M. 214, 31:  $\beta\rho\acute{\omicron}\delta\omicron\nu$  κατὰ διάλεκτον παρὰ τὸ  $\acute{\rho}\acute{\omicron}\delta\omicron\nu$  πλειονασμῶ τοῦ  $\beta$  ὡσπερ ἑντιδες βρυτιδες καὶ ἑξῆς  $\beta\rho\acute{\omicron}\delta\alpha$ , ubi Aeolicam dialectum significari, etiam  $\zeta$  in  $\sigma\delta$  solutum docet. vid. §. 7, 3. — Ceterum grammatici eo progressi sunt, ut, ubicunque in vocibus minime Aeolicae dialecto propriis  $\beta$  pleonastice additum putabant, ab Aeolibus id repeterent, ut in  $\beta\rho\alpha\beta\epsilon\nu$  καὶ Orion. Et. 33, 2, ἀλιβδύειν Et. M. 63, 15, Et. G. 35, 32.

noravit Androtio, vid. Et. M. 214, 7 (ubi ἄρκυς Αεσβιακῆς Βοήθησις), a ῥήγνυμι. Nam non ubique Aeoles  $\bar{\rho}$  initiali  $\beta$  praefixisse, recte Apollonius monet, quanquam, quibus finibus hunc usum circumscribit, eos non veros esse, ipsum adverbium  $\beta\rho\tilde{\alpha}$  docet, quod non diversum esse a ῥέα, neque, ut ille vult, apocope e  $\beta\rho\acute{\alpha}\delta\iota\omicron\nu$  ortum, nunc nemo negabit. Melius Priscianus intellexit, antiquum digamma in  $\beta$  transisse, quod confirmatur, si  $\beta\rho\eta\tau\omega$  comparamus cum  $\text{Φράτρα}$  in foedere Eleorum C. l. nr. 11,  $\beta\rho\iota\zeta\alpha$  cum nostro Wurzel,  $\beta\rho\acute{\upsilon}\tau\eta\rho$  et  $\beta\rho\acute{\upsilon}\tau\iota\varsigma$ , cum  $\epsilon\rho\acute{\upsilon}\omega$ , quod apud Homerum digammi indicia habet.

Ceterum apparet, ut reliquos grammaticos, ita Apollonium, qui ante vocales ipsum digamma in poëtarum Lesbiorum libris scriptum invenit, ante  $\bar{\rho}$  invenisse  $\beta$  pro digamma. Certum inde videretur, ipsos poëtas jam in his  $\beta$  pro digamma pronuntiasse, nisi Tryphonis testimonio constaret, semel apud Alcaeam  $\text{Φυῆξις}$ , non  $\beta\rho\eta\acute{\xi}\iota\varsigma$ , scriptum fuisse. Jam suspicio nascitur, mature recentiorum Aeolum pronuntiationem in libros irrepsisse, antiquum digamma casu aliquo in  $\text{Φυῆξις}$  servatum esse, neque tamen rem ad liquidum perducere licet.

5) In mediis quoque vocibus inter vocales apud Aeoles digamma fuisse, ut  $\acute{\alpha}\text{F}\iota\varsigma$ , Priscianus <sup>10)</sup> tradit, sed is non magna fide dignus, quia Alcmanem Laconem pro Aeolico poëta testem habet.

Reliqui grammatici referunt, Aeoles in quibusdam inter vocales  $\bar{\upsilon}$  inseruisse, cujus usus exempla habent:

10) Prisc. VI. p. 264: »Aeoles quoque solent inter duas vocales jusdem dictionis digamma ponere, quos in multis nos sequimur,  $\text{F}\iota\varsigma$  ovis,  $\text{A}\alpha\text{F}\omicron\varsigma$  Davus,  $\acute{\omega}\text{F}\omicron\nu$  ovum.« — Id. I. p. 22: »Hiatus quoque causa solebant illi (Aeoles) interponere digamma F, quod ostendunt etiam poëtae Aeolidae usi, Alcman:  $\kappa\alpha\iota \chi\epsilon\tilde{\iota}\mu\alpha \pi\tilde{\upsilon}\rho \tau\epsilon \delta\acute{\alpha}\text{-}\iota\omicron\nu$ , et epigrammata, quae egomet legi in tripode vetustissimo, ut stat in Xerolopho Byzantii, sic scripta:  $\text{A}\eta\mu\omicron\phi\omicron\nu \text{A}\alpha\text{F}\omicron\kappa\omicron\text{-}\iota\omega\nu$ .« — Id. I. p. 21: »Inveniuntur etiam pro vocali correpta hoc digamma illi usi, ut Alcman  $\kappa\alpha\iota \chi\epsilon\tilde{\iota}\mu\alpha \pi\tilde{\upsilon}\rho \tau\epsilon \delta\acute{\alpha}\text{F}\iota\omicron\nu$ .«

αἴηρ, αἴως pro Dorico αῶς, γαῦος, παραύα pro Dorico παράα, unde Pindaricum χαλκοπάραος, φαῦος (in Hesychii glossa φανόφοροι, ἰέρειαι, Αἰολεῖς), εὐάλωκεν 11) pro ἑά-

11) Scholl. Pind. Pyth. II, 52. (Αἰολεῖς) ἐὰν ὦσι δύο φωνήεντα μεταξὺ ἐπιθέσει τὸ ὦ ὡς ἀπὸ τοῦ ἀήρ ἀνῆρ καὶ αῶς ἄνωσ (sic) ὅταν δὲ σύμφωνόν ἐστι μεταξὺ, οὐκέτι (unde etiam Pindari ἀνάτα Aeolicum vocatur). Eadem fere Greg. Cor. 611 in antiquis editionibus, ubi nunc pro ultimis haec leguntur: οὕτω καὶ χέω χεύω καὶ θέω θεύω καὶ νέω νεύω. Non recte regula restringitur apud Tzetz. ad Hes. Opp. 664 (Et. Leid. ap. Gaisf. ad l.) ad κανάξαις: οἱ Αἰολεῖς μετὰ ἄλφα ἂν ἢ φωνῆην προστιθέασι τὸ ὦ· οἶον ἀήρ ἀνῆρ, ἦώς αἴως, ἄγιος αἴγιος (Koen. ad Greg. 612 em. ἀγαός ἀγανός, Scalig. ἀέλιος ἀέλιος), ἀάτην ἀάτην; Joann. Gr. 244, a: προστιθέασι τῷ ᾠ τὸ ὦ, ἀήρ ἀνῆρ, αῶς αἴως. De Aeolico αἴως praeterea testantur Et. Gud. 254, 1 (corr. 95, 22), Ann. Ox. III, 400, 20, Eust. 161, 16, Suid. s. v. ἦώς. Et. M. 171, 1. παρὰ τὸ αἴω Αἰολικῶς ὃ σημαίνει τὴν ἡμέραν, unde corrigas ibid. 174, 36: παρὰ τὴν αἴαν Αἰολικῶς τὴν ἡμέραν· τὴν γὰρ ἦοι οἱ Αἰολεῖς αἴον φαοί (in Et. G. 95, 20 est αἴαρ et αἴαν). cf. not. 12, Hes. αἴως ἡμέρα; de ἀνῆρ Et. Gud. 93, 55. — Praeterea ναὸς Aeolicam dicitur ab Apollon. de adv. 559, 31, Et. Or. 3, 8, Et. M. 6, 26, Ann. Ox. III, 237; de παραύα Ann. Ox. I. 343, 18: οἱ Αἰολεῖς παράνα λέγουσι τροπῇ καὶ ἐπενθήσει τοῦ ὦ τῷ ἰδίῳ ἔθει, corruptius Choer. Ox. II, 251: παρειαί· εἰ παραυναί γὰρ λέγουσιν (Et. G. 453, 20 παρειαὶ παρειαὶ λέξις) οἱ Αἰολεῖς τροφαντες τὸ ὦ εἰς ὦ καὶ τὸ ἔ εἰς ᾠ, et Ann. Ox. II, 301: παρειαὶ διὰ τῆς ἔτι διφθόγγου, ὅτι οἱ Αἰολεῖς παρειαὶς λέγουσιν, nisi hic παρηὰς legendum est, quod quum alibi Aeolicum vocetur, Boeotis vindicare studebimus §. 40. not. 6. — Ann. Ox. I, 174, 19. τὸ ἐρευνῶ περισπούμενον οἱ Αἰολεῖς ἀποβάλλοντες τὸ ὦ βαρύνουσι ἐρεῦω, potius ex ἐρέω. —

Saepe grammatici suo more pleonasmum hunc Aeolicum agnoscunt in vocibus Aeolicae dialecto non propriis, ut ἀγανός Et. Or. 3, 8, Et. M. 6, 26, Et. G. 3, 28, Ann. Ox. I, 32, 18; ficta forma ἐλαῶσι Heraclid. ap. Eust. 670 fin., Herod. H. Ad. 205, a, App. Et. G. 661, 38; χεύαντες J. Gr. 243, b, Gr. C. 591, Meerm. 660, Aug. 670, Vatic. 690; εὐαδς Meerm. 660, Eust. 990, 36 et 1792, 54, Scholl. Dion. 694, 19, Ann. Ox. IV, 177, 11, quod cautior Apollonius de adv. p. 559, 30 non vocat Aeolicum, quanquam deinceps Aeolicum ναὸς commemorat; denique Pindaricum ἀνάτα vid. supra. Ceterum negare nolumus, ea maxime, quae ultimo loco nominavimus, fortasse etiam apud Lesbios fuisse in



λωκεν, denique χεύω, θεύω, νεύω, ἐρεύω. Aeolicae videntur etiam Hesychii glossae αἰελλαι, ἄελλαι et αἰιδετοῦ, ἀφανοῦς i. e. αἰδετοῦ et corruptiores αἰέρος, σκία et αἰήτων, ἔπνηον. — Non minus ῥ interdum ante sequens ῑ insertum est, ut αἰρηκτος, εὐράγη pro ἄρηκτος, ἐράγη<sup>12)</sup>. Quae praeterea vocalis ῥ ante alias consonantes abundantis a grammaticis exempla afferuntur, non sunt vere Aeolica, sed e mala hujus pleonasmī Aeolici doctrina explicantur<sup>13)</sup>.

In titulis hujus usus haec exempla leguntur: ναῦος Lesb. 2166, 38, Cum. 5. 16; ἐνδύη 2166, 32 et δευομένοις 2189. — Apud poetas leguntur αῦως Sapph. 11. 45. 108; ναῦω Alc. 3; deinde Hesychius post glossam ἐπιπνεύων, ἐπιβλέπων Alcaei fragmentum tradit corruptissimum (fr. 55), in quo vix dubium est, quin pro πνεύουσα corrigi oporteat πνεύουσα; Alc. 33 antiqua lectio est ἔγγευε pro ἔγγεε; eandem originem habent Ἄρενος, Ἄρευι,

usu, quia non alia causa nata sunt, quam quae Lesbiaca esse certum est.

12) Ann. Ox. III, 237. ἔθος Αἰολεῦσι τὸ ῥ πλεονάζειν φωνήεντος ἐπιφερομένου ἢ τοῦ ῑ· ναὺς ναῦς, ἄς αὐός (leg. αἰὼς αὐός), εἰλωκεν εὐάλωκεν, ἄρηκτος αἰρήκτος (leg. αἰρηκτος), ἐράγη εὐράγη (leg. εὐράγη). — Scholl. Dion. Thr. 694, 18. εἰώθησαν Αἰολεῖς φωνήεντος ἐπιφερομένου προστιθέναι τὸ ῥ ὡς ἐπὶ τοῦ εὔαδε· καὶ πάλιν τὸ ἦως αἰὼς λεγόντων τῶν Δωριέων οἱ Αἰολεῖς λέγουσιν αὐὼς τὸ ῥ προστιθέντες, καὶ πάλιν τὸ ἄτην αὐάτην λέγουσιν οἱ Αἰολεῖς· τοῦ δὲ ῑ ἐπιφερομένου πολλάκις προστιθέσιν οἱ Αἰολεῖς· οἶον αἰρηκτος. — Eust. 548, 30. ταλαύριος πλεονασμῷ Αἰολικῷ τοῦ ῥ ὡς ἄρηκτος αἰρηκτος.

13) Ita αὐτὰρ et εὐκῆλος pro ἀτὰρ et ἔκῆλος Aeolica vocantur ab Auct. π. ὄμ. διαλ. p. 478, αὐτὰρ Eust. 72, 41, εὐκῆλος Eust. 149, 15, Ann. Ox. III, 398, 29; νοῦσος et Οὐλυμπος Ann. Ox. IV, 177, 11; denique Eust. 1654, 28. Αἰολεῖς παρατιθέντες τὸ ῥ, ὡς φησιν Ἀρίσταρχος παρατιθεῖς τὸ ἀτὰρ αὐτὰρ, θαλὸς δαυλὸς, ἰαχεν ἰαυχεν, λέγουσιν οὕτω καὶ φάσκω φαύσκω (unde πιφάσκω derivat); similia traduntur in App. Et. Gud. 661, 50. At cautior Apollonius de adv. 559, 30 νοῦσος Ionicum dicit et tacite significat, εὐκῆλος non esse Aeolicum (cf. not. 11); αὐτὰρ disertio testimonio non Aeolicum, sed κοινὸν esse traditur Ann. Ox. I, 67, 11; denique δαυλὸς recentioribus Ionibus tribuitur Scholl. V. II. o, 421.

*Ἄρνεα*, de quibus vide §. 22. — Denique non alienum esset *Ἐύρος* Alc. 94 pro vulgato *Ἐβρος*, nisi librarii sphalmate natum videretur.

6) In his omnibus  $\bar{u}$  ex antiquo digamma ortum esse, satis docent *αὔως* et *φαῦος* cum Laconico *ἀβῶς* et Pamphylico *φάβος* comparata, *εὐάλωκα* et *αὐίδετος* cum *ἀλώ-ναι* et *ιδεῖν*, quae apud Homerum certa digammi indicia habent, *αὔρηκτος* denique et *εὐράγη* cum ipso Aeolico *Φρηξίς*, ut alia minus aperta omittamus.

Certissimum inter haec est digamma in  $\bar{u}$  mutatum post longum  $\bar{a}$  in *αῦηο*, *αὔως*, *ναῦος*, *παρᾶνα*; nihilominus, digamma post eandem vocalem potius ejecto, legitur *ἀέλιος* S. 79, quod si Scaligeri in Tzetze emendatione confisus (vid. not. 11) in *αὐέλιος* corrigere velis, certiora sunt *ναῶς*, *ναῖ* Alc. 10. 11 et quod Aeolicum dicitur *νάεσσι* Et. M. 605, 25 et Ann. Ox. I, 298, 17. ubi Alcaei frustulum adhibetur (Alc. 79) <sup>14)</sup>, in quibus digamma omissum Latino navis arguitur. Deinde post  $\bar{\eta}$  haec mutatio facta est in *Ἄρνεας* pro *ἌρηΦος*; at ceterae voces in  $\bar{e}$  in obliquis casibus non habent  $\bar{u}$  ex ipsorum grammaticorum testimoniis, accedentibus libris et titulis, ut *βασιλῆος*, vid. §. 21, 6. Cum brevi  $\bar{a}$  digamma in diphthongum  $\bar{au}$  coalescit in *φανόφοροι*, *αὔελλα*, *αὐίδετος*, quibuscum compares Homericum *αὐτάχοι*, Pindaricum *αὐάτα* P. II, 52 et III, 42; contra omissum est in *αείδω* Alc. 4. 5. 64, *αοίδα* A. 31, *αοιδος* S. 44 (cf. *τραγαΓυδὸς* etc. apud Boeotos C. I. nr. 1583), *αῆδων* S. 19 (cf. Hes. *ἀβηδόνα*, *ἀηδόνα*), denique in ipso *γάος*, quod legitur in Sapphus fr. 111 ex antiquo papyro. Diphthongus  $\bar{eu}$  ex  $\bar{e}$  et digamma prodiit in *εὐάλωκα*, *χεύω*, *πνεύω*, *δεύω* etc., ut in Homerico *εὐαδε*; at *ἐάνασσε* Alc. 53, *ἐαγε* S. 2, 11, *χέω* A. 31, S. 2, 13, alia leguntur, non *εὐάνασσε* (quanquam ipsum augmentum syl-

14) Schneidewinus Ex. Cr. II. p.9 in hoc loco correxit *ναύεσσι*, fretus grammatici loco, quem attulimus not. 12 in.; at ibi *ναῖ* *ναῖος* est templum, non genitivus a *ναῖς*.

labicum olim digamma interfuisse prodit), *εὔαγε*, ubi eadem valent de reduplicatione, *χεύω*. Postremo accedunt *αὔρηκτος*, *εὐράγη*, quibuscum conspirat Homericum *ταλαύριος*. — Apparet nullam certam regulam atque normam in his regnare, sed casu quodam factum videri, ut in aliis digamma in  $\bar{v}$  mutaretur, in aliis ejiceretur.

7) Jam vero fuerunt, qui judicarent, digamma in his non esse in  $\bar{v}$  vere mutatum, sed pronuntiatione non mutata  $\bar{v}$  pro *F* scriptum esse. Cujus rei argumentum Boeckhius ad Pind. P. II, 28 maxime petiit e spiritus atque accentus collocatione singulari, quam in *ἀνάτα*, *ἀνήρ*, *ἄνος* Scholia ad illum locum (not. 11), ut in *ἀνάτα* multi Pindari libri, tuentur; inde enim apparere, grammaticis  $\bar{v}$  pro consonante fuisse. At quum nullum praeterea talis grammaticorum opinionis vestigium reperiatur, ita scribendo potius pleonasticum vocalis  $\bar{v}$  usum significare videntur<sup>15)</sup>. Gravius est, quod, sicuti *ἀνάτα* apud Pindarum, ita *ἔγγεγε* Alc. 33 diphthongum corripit (nec minus *ἐπιπνεύουσα* Alc. 55, ut corruptissimum fragmentum correximus); deinde aperta scribendi inconstantia indicare videtur, non accurate ipsum vivae orationis sonum exprimi. Vix tamen dubium videtur recentiores Aeoles, quorum inscriptiones habemus, vere digamma in talibus in  $\bar{v}$  mutasse; cur enim sono non mutato signum mutarent? Contra in poetis Lesbiis fieri potuit, ut digamma in mediis vocibus, quod scripsisse Aeoles Priscianus affirmat, in recentioribus libris ut obsoletum aut ejiceretur aut e recentiorum Aeolum consuetudine in  $\bar{v}$  mutaretur, non minus quam *ἀνάτα* vix ipsi Pindaro Boeoto debetur, quum Boeoti multo recentiores digammi signum inter vocales tenuerint.

8) Raro digamma inter vocales ita evanuit, ut etiam contractio concederetur, ut factum est in *Ἄλιε* A. 70, et

15) Adversatur etiam, si recte judicavimus, antiquum de vocis *ναῦος* accentu testimonium, quo comparatur cum *Τραῦος*, *ψαῦος*, *αὔος*, nullo discrimine notato. vid. §. 3. not. 9.

Ἄλιω S. 111; nam *καταρρέϊ* S. 4 etiam aliam ob causam corruptum videtur, vid. §. 28, 1. — Post vocales, quae non possunt diphthongum cum  $\bar{v}$  efficere, digamma omissum esse in libris, vix opus est monere, ut *Διὸς* S. 1, 2 etc., *ᾄϊον* S. 17. 37. 85. — Aliarum literarum pro digamma in mediis vocibus usus incertissimus est; nam *ἄβως*, quod scribitur Et. G. 212, 43 in Sapphus fr. 45 pro vulgato *αῦως*, notae harum literarum apud recentiores librarios permutationi debetur; Hesychii vero glossa *καραβίδες, γράες· Μεθυμναῖοι* non una causa singularis est.

9) Jam satis apparet, non eum fuisse digammi apud Aeoles Asianos usum, quem Aeolici nomen prodere videtur. Nam et ante vocales initiales jam apud antiquos poetas saepe pro nihilo habitum est, et ante  $\bar{\rho}$  atque in mediis vocibus, si non eorundem aetate, tamen satis mature in  $\bar{\beta}$  et  $\bar{v}$  transiit. Multo accuratius et diutius Boeotos digamma servasse postea videbimus, multo etiam Doriensium nonnullos, tabulae Heracleenses arguunt.

## §. 6.

### De consonantibus simplicibus.

1)  $\pi$  pro vulgato  $\tau$  est in *πέμπε* pro *πέντε*, quod a grammaticis 1) Aeolicum vocatur et legitur Alc. 26, unde recte Schneidewinus Sapph. 49 pro *πεντεβόηα* scripsisse videtur *πεμπεβόηα*; deinde in *πέσσυρες* pro *τέσσαρες* 2),

1) Herod. Vit. Hom. c. 37, ubi Homerus ut Aeolensis *πεμποίβω-λα* dixisse refertur, *καὶ γὰρ ὀνομάζουσι οἱ Αἰολεῖς τὰ πέντε πέμπε*, cf. Eust. 135, 38, Scholl. Od. δ, 412; Et. M. 660, 3; Hesych. s. v. *πέμπε* et *πεμπάσεται*; Phot. *πέμπετα: πέντε καὶ Αἰολεῖς καὶ Ἰωνες καὶ Ἀττικοὶ leg. πέμπε τὰ πέντε*.

2) Hesych. *πέσσυρες, τέσσαρες Αἰολεῖς*, cf. *πέσσυρα, πίσυρα, τέσσαρα*; apud Joann. Gr. 241, b: *οἱ Αἰολεῖς ἀντὶ τοῦ τ̄ τὸ π̄ στολήν σπολήν, σιταῖς σιταῖς, τέτραπται πέτραπται*, ubi pro ultimis spurcor *τετράτα πετράτα*.

quanquam Alcaeo adscribitur *τετραβαρήων* apud Hesych. s. v.; deinde in adverbio locativo *πήλυι*, quod quum Aeolicum vocetur a grammaticis (vid. §. 29. not 6), Aeolice pro *τηλόσε* positum esse intellexit Seidlerus p. 219 et egregia emendatione apud Sapph. 1, 6 pro *πόλυ* restituit Bergkius; denique in *σπέλλω* pro *στέλλω* et derivato *σπολά*<sup>3)</sup>, unde futurum *κασπολέω* est Sapph. 23; *στολά* tamen in libris est S. 74, *ἀπέστελλαν*, *ἀποστελλαντα*, *ἀποσταλέντα* in Lamps. 12. 18. 23. — Apparet, Aeoles π pro τ̄ habere, ubi apud Latinos est q̄, cf. quinque, quatuor, pro-cul i. e. proquul, cultus (*στολή*), in Sanscrita lingua *tsh*, *pantscha*, *tshatur*, *tshēla* (vestis); manet tamen τ̄ in *τίς* et *τε*, cf. quis, que, Sanscr. *tscha*, neque minus in adverbiiis temporalibus *ὄτα*, *ἄλλοια* etc., ubi Dorica dialectus π̄ habet. vid. §. 29, 1.

Male a nonnullis<sup>4)</sup> π̄ pro π̄ Aeolicum dicitur, quod potius est Ionum in interrogativis. Aeoles ubique π tenent, ut *ποῑ*, *πότα*, *ὄποτα*. vid. §. 29.

2) β pro δ Aeolicum vocatur<sup>5)</sup> in *βλήρ* pro *δέλεαρ*, et *βελφῖνες*, *Βελφοῖ* pro *δελφῖνες*, *Δελφοῖ*. At illud e con-

3) J. Gr. 244, a (not. 2) et ultimis omissis Greg. C. 615, Meerm. 662; Lesbicae sunt etiam Hesychii glossae *σπελλάμεναι*, *στειλάμεναι* propter liquidae duplicationem (§. 8, 2), *σπολεῖσα*, *σταλεῖσα* propter ᾱ in ο̄ mutatum (§. 12, 2), denique *κασπέλη*, *στορνῆς* (leg. *κασπέλλει*) et *κασπολέω*, *ὑποστρέφω* (fort. *ὑποστορέω*) pro *καταστέλλει*, *καταστελέω* vel *κατασταλέω*, docente insuper praepositionis rara apocope. vid. §. 28, 1.

4) Scholl. Hes. Theog. 134. *Κοῖον λέγει τὴν ποιότητα κατὰ τροπὴν Αἰολικὴν τοῦ π̄ πρὸς τὸ π̄*, unde Et. M. 523, 49, Greg. C. 549; etymologiae ineptia apparet.

5) Et. M. 200, 27. *βλήρ Αἰολικῶς τὸ δέλεαρ· οἱ Αἰολεῖς τὸ δ̄ εἰς β̄ τρέπουσι· τοὺς γὰρ δελφῖνας βελφῖνάς φασὶ καὶ τοὺς Δελφούς Βελφοῦς*, cf. Hesych. *βλήρ*, *δέλεαρ· παρ' Ἀλκμαίωνι ἢ λέξις*, ubi nolo cum Schneidewino Ex. Cr. II. p. 10 *Ἀλκμαίω* corrigere, quia non est cur nolimus Alcmaeonem (vid. Lob. Parall. p. 75) hae dictione usum credere.

suetudine grammaticorum per sequentia Aeolica explicari videtur, quum necessitate quadam e  $\delta\lambda\eta\rho$  fieret  $\beta\lambda\eta\rho$ , vid. §. 11, 1; haec vero comparanda sunt cum Latinis bis pro  $\delta i s$  e duis,  $\delta F i s$ , bellum e duellum, et cognata sunt  $\beta\epsilon\lambda\phi i s$  et bellua; quippe, quae incipiebant olim a  $\delta F$ , postea aut digamma eiecerunt aut,  $\delta$  ejecto, in mediam mutarunt. Non aliam causam habuerit  $\sigma\acute{\alpha}\mu\beta\alpha\lambda\alpha$  pro vulgato  $\sigma\acute{\alpha}\nu\delta\alpha\lambda\alpha$ , quod legitur S. 49. — Contraria mutatio in  $\acute{\omicron}\delta\epsilon\lambda\acute{\omicron}s$  pro  $\acute{\omicron}\beta\epsilon\lambda\acute{\omicron}s$  levi auctoritate Aeolica vocatur <sup>6)</sup>.

3) Aeolibus tribuitur etiam aspiratarum permutatio, praecipue  $\bar{\varphi}$  pro  $\bar{\theta}$  in  $\varphi\eta\rho$ ,  $\varphi\eta\rho\iota\omicron\nu$  <sup>7)</sup>, ut Latina lingua saepissime pro Graecorum  $\bar{\theta}$  habet  $\bar{f}$ , cf.  $\theta\eta\rho$  et fera,  $\theta\acute{\alpha}\rho\sigma\omicron\varsigma$  et fortis,  $\theta\acute{\epsilon}\rho\omicron\varsigma$  et ferveo,  $\theta\acute{\upsilon}\rho\alpha$  et fores etc. Hinc verum videri possit, quod Sapph. I, 1 gravissima auctoritate confirmatur,  $\rho\iota\kappa\iota\lambda\acute{\omicron}\varphi\rho\nu$  pro  $\rho\iota\kappa\iota\lambda\acute{\omicron}\theta\rho\nu$ , et quod ibidem v. 5 in cod.  $\Delta$  legitur  $\acute{\epsilon}\lambda\varphi$  pro  $\acute{\epsilon}\lambda\theta$ , quamquam non ausi sumus ea recipere. Etiam Alcman  $\Lambda\iota\omicron\lambda\acute{\iota}\omega\nu$  dixit  $\varphi\omicron\iota\nu\alpha\iota\varsigma$  pro  $\theta\omicron\iota\nu\alpha\iota\varsigma$  fr. 6 Schn. Alia mutatione Aeolicum dicitur  $\alpha\acute{\upsilon}\varphi\eta\nu$  pro  $\alpha\acute{\upsilon}\theta\eta\nu$  a Joann. Gr. 244, a, ut apud Latinos est fel pro  $\chi\acute{\omicron}\lambda\omicron\varsigma$ ; denique  $\rho\lambda\acute{\eta}\chi\omega$

6) Scholl. Nic. Ther. 93.  $\acute{\omicron}\delta\epsilon\lambda\acute{\omicron}s$   $\Delta\omega\rho\iota\kappa\acute{\omega}s$   $\eta\gamma\omicron\nu\nu$   $\Lambda\iota\omicron\lambda\iota\kappa\acute{\omega}s$ .

7) Eust. 101, 44.  $\varphi\eta\rho\alpha\varsigma$   $\acute{\omicron}\rho\epsilon\sigma\kappa\acute{\omega}\nu\omicron\varsigma$   $\tau\omicron\upsilon\varsigma$   $\kappa\epsilon\nu\tau\alpha\acute{\upsilon}\rho\omicron\upsilon\varsigma$   $\varphi\eta\omicron\iota$ ,  $\tau\omicron\upsilon\tau\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\tau\epsilon$   $\theta\eta\rho\alpha\varsigma$   $\acute{\omicron}\rho\epsilon\iota\varphi\omicron\iota\tau\alpha\varsigma$ ,  $\Lambda\iota\omicron\lambda\iota\kappa\eta$   $\delta\acute{\epsilon}$   $\lambda\acute{\epsilon}\xi\iota\varsigma$   $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}$   $\tau\omicron\upsilon\varsigma$   $\pi\alpha\lambda\alpha\iota\omicron\upsilon\varsigma$   $\tau\omicron$   $\varphi\eta\rho\epsilon\varsigma$   $\acute{\alpha}\nu\tau\iota$   $\tau\omicron\upsilon$   $\theta\eta\rho\epsilon\varsigma$ ,  $\acute{\omega}\varsigma$   $\tau\acute{\omega}\nu$   $\Lambda\iota\omicron\lambda\iota\omega\nu$   $\omicron\acute{\upsilon}\tau\omega$   $\lambda\epsilon\gamma\omicron\nu\tau\omega\nu$ .  $\iota\sigma\tau\acute{\iota}\omicron\nu$   $\delta\acute{\epsilon}$   $\acute{\omicron}\tau\iota$   $\eta$   $\tau\omicron\upsilon$   $\bar{\theta}$   $\mu\epsilon\tau\acute{\alpha}\lambda\eta\varphi\iota\varsigma$   $\epsilon\iota\varsigma$   $\tau\omicron$   $\bar{\varphi}$   $\kappa\alpha\lambda$   $\Lambda\epsilon\iota\tau\iota\kappa\acute{\eta}\varsigma$   $\rho\omicron\tau\acute{\epsilon}$   $\delta\iota\alpha\lambda\epsilon\kappa\tau\omicron\upsilon$   $\acute{\epsilon}\sigma\tau\iota\nu$ ,  $\acute{\epsilon}\kappa\epsilon\acute{\iota}\nu\omicron\iota$   $\gamma\acute{\alpha}\rho$   $\tau\omicron$   $\theta\lambda\acute{\alpha}\nu$   $\varphi\lambda\acute{\alpha}\nu$   $\lambda\epsilon\gamma\omicron\nu\sigma\iota$ ,  $\tau\omicron$   $\mu\acute{\epsilon}\nu\tau\omicron\iota$   $\varphi\lambda\iota\beta\epsilon\tau\alpha\iota$   $\tau\omicron$   $\acute{\epsilon}\nu$   $\text{O}\delta\upsilon\sigma\sigma\epsilon\acute{\iota}\alpha$  ( $\rho$ , 221)  $\kappa\alpha\lambda$   $\tau\omicron$   $\pi\alpha\rho\acute{\alpha}$   $\Theta\epsilon\omicron\kappa\rho\acute{\iota}\tau\omega$   $\acute{\epsilon}\nu$   $\Lambda\delta\omega\nu\iota\alpha\zeta\omicron\upsilon\sigma\alpha\iota\varsigma$  (15, 76  $\varphi\lambda\iota\beta\epsilon\tau\alpha\iota$ )  $\Lambda\iota\omicron\lambda\iota\kappa\acute{\omicron}\nu$   $\kappa\alpha\iota$   $\acute{\alpha}\nu\tau\omicron$ . — Id. 1817, 33.  $\varphi\lambda\iota\beta\epsilon\tau\alpha\iota$   $\eta$   $\delta\acute{\epsilon}$   $\lambda\acute{\epsilon}\xi\iota\varsigma$   $\Lambda\iota\omicron\lambda\iota\kappa\eta$   $\acute{\omega}\varsigma$   $\tau\omicron$   $\varphi\eta\omicron\iota$   $\kappa\alpha\lambda$   $\tau\omicron$   $\varphi\lambda\acute{\alpha}\nu$ ; Scholl. Od.  $\rho$ , 221.  $\theta\lambda\iota\beta\epsilon\tau\alpha\iota$   $\Lambda\iota\omicron\lambda\iota\kappa\acute{\omega}\varsigma$ , leg.  $\varphi\lambda\iota\beta\epsilon\tau\alpha\iota$ . — Scholl. L. II. a, 268.  $\varphi\eta\rho\iota\omicron\nu$   $\theta\eta\rho\iota\omicron\nu$   $\Lambda\iota\omicron\lambda\iota\kappa\acute{\omega}\varsigma$ . — Hesych.  $\varphi\eta\rho\epsilon\varsigma$ ,  $\kappa\epsilon\nu\tau\alpha\acute{\upsilon}\rho\omicron\iota$   $\Lambda\iota\omicron\lambda\iota\kappa\acute{\omega}\varsigma$  et  $\varphi\eta\rho\iota\alpha$ ,  $\theta\eta\rho\iota\alpha$   $\Lambda\iota\omicron\lambda\iota\kappa\acute{\omega}\varsigma$ . — J. Gr. 244, a, Greg. C. 614, Meerm. 641.  $\acute{\alpha}\nu\tau\iota$   $\delta\acute{\epsilon}$   $\tau\omicron\upsilon$   $\bar{\theta}$   $\tau\omicron$   $\bar{\varphi}$ ,  $\theta\lambda\acute{\alpha}\tau\alpha\iota$ ,  $\varphi\lambda\acute{\alpha}\tau\alpha\iota$ . Aeolica suo more vocant etiam quae extra Aeolicam dialectum similia reperiuntur  $\varphi\lambda\acute{\alpha}\nu$  et  $\varphi\lambda\iota\beta\epsilon\iota\nu$ . Satis incerta sunt, quae Hesychii interpretes huc praeterea retulerunt,  $\varphi\acute{\alpha}\beta\alpha$ ,  $\mu\acute{\epsilon}\gamma\alpha\varsigma$   $\varphi\acute{\omicron}\beta\omicron\varsigma$ , cf.  $\theta\acute{\alpha}\mu\text{-}\beta\omicron\varsigma$ ,  $\tau\acute{\epsilon}\theta\eta\pi\alpha$  etc.,  $\varphi\acute{\alpha}\rho\nu\mu\omicron\varsigma$ ,  $\tau\omicron\lambda\mu\eta\rho\acute{\omicron}\varsigma$ ,  $\theta\rho\alpha\sigma\acute{\upsilon}\varsigma$  cf.  $\theta\acute{\alpha}\rho\sigma\omicron\varsigma$  etc.

pro πλήθω Ann. Ox. I, 149, 6, quanquam πλήθουσα legitur Sapph. 3. — Neque a Thessalis aliena erat haec aspiratarum inter se permutatio. vid. §. 49, 3.

4) Tenuis pro aspirata in paucis quibusdam est, neque Aeolicae dialecto propriis, δέκετ' Sapph. I, 22, ἄνητον A. 29, S. 67. Non vera enim puto, quae in marmore Cumaeo leguntur l. 40. 41 κοραγλαν et ὑπαρκούσας, quia saepissime hae literae in titulis referendis permutantur, neque credo grammaticis, qui ἀμπι pro ἀμφι Aeolicum dicunt<sup>8)</sup>, quia, quod docent comparati, non alia videntur exempla habere quam ἀμπέχειν et derivata, in quibus aspirata propter sequentem aspiratam mutata est, quo minus intellecto ab Aeolibus ψιλωτικοῖς ἀμπι derivarunt. Et in libris est ἀμφι Alc. 3. 27, S. 3. 4. 76. 96, unde Nevii conjecturam, ceterum satis probabilem S. 15 ἀμπ' ἀπάλα δέρα pro ἀντία παλαια δεραι, vix veram habere licet. — Denique ne Ἐπιάλτης quidem aut Ἐπίαλος, quo incubi nomine Alcaeus<sup>9)</sup> usus fertur

---

8) Choerob. Bekk. 705, 4. πολλάκις αἱ διάλεκτοι ψιλοῦμενον φωνήεντος ἐπιφερομένου τρέπουσι τὸ δαοῦ, οἷον ἔχουσαι καὶ τὸ ἀμφι πρόθεσις· ἐν τούτῳ γίνεται ἀμφέχεσθαι καὶ Αἰολικῶς ἀμπέχεσθαι; Et. M. 85, 48. ἡ ἀμφι πρόθεσις λέγεται καὶ ἀμπι παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν, οἷον ἀμπεχόνη, ἀμπίσχουσα; Id. p. 94, 19. ἀμφι καὶ ἀμπι παρὰ Αἰολεῦσιν; Ann. Ox. I, 66, 24. Αἰολεῖς ἀμπι λέγουσι διὰ τοῦ ψιλοῦ — εὐρεται δὲ καὶ ἐν συνθέσει τὸ πι ἔχουσα παρὰ Ἀττικοῖς· ἀμπεχόνη, ἀμπίσχουσα; IV, 309, 5. ἀμφέχεσθαι Αἰολικῶς ἀμπέχεσθαι. cf. Herod. π. μ. λ. 45, 20. λέγεται δ' ἐσθ' ὅτε καὶ ἀμπι ἐν συνθέσει διὰ τοῦ π̄ καὶ ἴσως ἀναλογώτερον, qui si Aeolicum ἀμπι novisset, vix silentio praetermitteret,

De Aeolico ἀμφι testari videntur Scholl. Dion. 779, 17. ταῖς δασαῖς συμφώνοις οἱ Αἰολεῖς κίχρηται συνεχῶς· οἷν ἀμφ' ἀγαθὸν θεράποντα, neque tamen huic multum tribuo, quia exemplum est Homericum,

9) Eust. 1687, 52. τὸν ἐπιάλτην ἐπιάλτην κατὰ παλαιὰν παρασημείωσιν ὁ Ἄλκαϊος λέγει; Et. M. 434, 12. ἃ δὲ Ἄλκαϊος ἐπίαλον αὐτὸν ἔφη; cf. Hesych. Ἐπιάλης ὁ Ἐφιάλτης· ὃν Αἰολεῖς Ἐφέλην, ἄλλοι Ἐπιάλλην καὶ Ἐπωφέλην καλοῦσιν. De aliis vocis formis, ἠπίαλος, ἠπιάλης, quo Sophron usus est, ἠπιόλης etc. vid. Giese p. 349

pro vulgato *Ἐφιάλης*, certo huc trahitur propter incertam vocis multiformis originem.

Aspirata pro tenui in *Φίττακος* legitur, in recentiore nummo Lesbiaco (*Mionn. Suppl. VI. p. 64 nr. 28*); scriptura singularis et mira.

Quod Aeolicum dicitur  $\theta$  pro  $\delta^{10}$ , et in reliquis inani etymologia niti videtur et *οὐθεις* pro *οὐδεις* potius Bœoticum et Doricum est. vid. §. 34 et Boeckh. ad C. I. I. p. 881, b. et II. p. 23, b. Neque recte Schneidewinus auctore Boeckhio Alc. 36 e parte librorum recepit *μηθεν*, quum *οὐδεις* et in titulo Lesbiaco 2166, 38 scriptum sit et in Sapphus fr. 111, quod in antiquo papyro servatum est, et in multis aliis poetarum fragmentis.

5) Cum Ionibus et Atticis Lesbii plerumque  $\sigma$  pro antiquo et Dorico  $\tau$  commune habent, ut in conjugatione *ἦσι* S. 48, quod Dorice apud Alemanem *ἦτι* sonabat (*Ann. Ox. I, 190, 19*), *ἴεισι* pro Dorico *ἰέντι*, *κρύπτοισι* pro Dor. *κρύπτοντι* etc. vid. §. 24, 4, deinde *ἔκοσι* nr. 2166, Dor. *ἔκατι*, *πρὸς* pro *προτὶ*, *ποτὶ* (§. 28). In nonnullis et  $\sigma$  et  $\tau$  apud Lesbios in usu erat, ut *Ποτίδαν* et *Ποσειδαν* (vid. §. 22), *σὺ*, *σοῖ*, *σέ* et rariora aut incertiora *τὺ*, *τοῖ*, *τέ* §. 23, 2; denique *ἔπετον* Aeolicum est sec. *Ann. Ox. I, 179, 3* et legitur Alc. 51 e deserto testimonio, contra *ἐμπεσῶν* S. 22, quod non audemus mutare.

Errat Lactantius, qui *σιδς* pro *θεδς*, quod est Læonicum, vocat Aeolicum (I, 6, 7) Sibyllae nomen e *θεδς* et *βουλή* derivans.

seqq. Quod Eustathius addit *κατὰ παλαιὰν παρασημείωσιν*, et alios in errore non levem induxit et Giesium, non memores, nihil aliud haec significare, quam secundum veteris grammatici adnotationem, ut frequens est apud Eustathium verbum *παρασημειῶσθαι*: p. 209, 40. *οἱ δὲ παλαιοὶ παρασημειοῦνται ἐνταῦθα, ὅτι οἱ μόνον Ξενοφάνης πεποιήκει σιλλούς.* cf. 188, 3; 204, 23; 735, 58 etc.

10) Eust. 1841, 23. *ἀρέσκει δὲ τοῖς παλαιοῖς ἡ μετάθεσις τοῦ θ̄ καὶ δ̄ εἰς ἄλληλα Αἰολίων εἶναι· οἷον τὸ οὐδὲν οὐθέν, ἐξουδενῶ ἐξουθενῶ, μῆδω μῆθω, δάσος θάσος.* cf. Philem. s. v. *οὐδὲ ἐν*.



6)  $\mu$  pro  $\pi$  Aeolicum dicitur in *ματεῖν* pro *πατεῖν* <sup>11)</sup> et legitur *μάτεισαι* (Aeol. pro *ματοῦσαι*) S. 76, quod plerique pro *πατοῦσαι* dictum putant; neque refragarer, si versus certo cum antecedentibus cohaereret, quibus quum conjectura additus sit, altera explicatio quaerentes commendatur eo, quod Theocritus in carmine Aeolico habet 29, 15 *ματῆς*.

Non minus Aeoles  $\mu$  pro  $\beta$  dixisse referuntur in *κυμερνήτης* pro *κυβερνήτης* <sup>12)</sup>, et *βάρμιτος* pro *βάρβιτος*, quae tamen vocis forma non diversa videtur a *βάρμος* vel *βάρωμος*, ut alibi audit.

7) *v ἐφελκ.* notabilem in modum in titulis negligitur. In Lesb. 2166, 17 legitur *πρόσθε ἐόντων*, 27 *ὄσσα κε ὄμο . . .*, 29 *αἰ κε ἄγεται*, 31 *ἐλθόντεσσι ἐπὶ*, 35 *τοῖς θείοισι ἐπὶ*, in Lamps. 12 *διέλυσε ἴσως*. Conspirat quod in dativis pluralis pronominum *ἄμμι*, *ὑμμι* soli Lesbii  $\bar{\nu}$ , a ceteris omnibus constanter servatum, abjiciunt, quamquam interdum etiam retinent teste Apollonio, vid. §. 23 not. 5. 7. — Contra additur, ubi reliqui Graeci eo carent in *λεγόμεθεν* pro *λεγόμεθα*, vid. §. 24, 7. — In titulo Cumaeo et poetarum libris vulgata ratio, exceptis pronominiibus, non describitur.

## §. 7.

### De consonantibus duplicibus.

1) Grammatici <sup>1)</sup> tradunt, Aeoles syllabam  $\bar{\delta}$  ante sequentem vocalem in  $\bar{\zeta}$  mutasse, cujus rei exempla

11) J. Gr. 244, b. *Αἰολεῖς ἀντὶ τοῦ π̄· πατεῖν, ματεῖν, πατοῦσαι, ματοῦσαι.* cf. Hesych. *ματεῖ, πατεῖ.*

12) Et. M. 543, 2, Gud. 352, 9. *κυβερνήτην Αἰολεῖς κυμερνήτην λέγουσιν.* — Et. M. 188, 20, Gud. 104, 35. *βάρβιτον Αἰολεῖς βάρμιτον διὰ τοῦ μ̄;* teste Euphorione ap. Athen. IV, 182, F. Sappho et Anacreon mentionem fecerunt *τοῦ βαρώμου καὶ βαρβίτου;* Phillis ap. Athen. XIV, 636, C. *καὶ γὰρ βάρβιτος ἢ βάρμος.*

1) Et. M. 407, 18. *ἡ διὰ πρόθεσις ἔστιν ὅτι ἐπίτασιν σημαίνει καὶ τρεπομένη ὑπὸ Αἰολέων γίνεται ζᾱ ὡς διαφλεγῆς ζαφλεγῆς· καὶ ἀπλῶς*

praeter ζὰ ἐπιτατικὸν, quod neque e διὰ natum, neque Aeolibus proprium est (vid. Hartung *Partik. I. p. 350*) haec afferunt: ζαβάλλειν pro διαβάλλειν, ζὰ νυκτὸς pro διὰ νυκτὸς, κάρζα pro καρδία, et e Sapphone ζάβατος pro διάβατος. Huc accedunt ζαελεξάμαν S. 22 pro διελεξάμην, ubi praepositionis elisio vitata videtur, quia monosyllaba facta est, ζάδηλος Alc. 10 pro διαδήλος i. e. lacer, cf. διαδηλέομαι, ζὰ τὰν σὰν ἰδέαν Theocr. 29, 6 pro διὰ, ut e libris restituumus, denique Ζόννυξος pro Διόνυσος in titulo Lesbio nr. 2167<sup>2)</sup>.

2) Deinde ζ̄ ab Aeolibus in nonnullis verbis pro σ̄ positum est<sup>3)</sup>; exempla a grammaticis adhibentur πτάζω

τὸ δια εἴτε πρόθεσιν σημαίνει εἴτε μόνον συλλαβὰς, τρέπεται εἰς ζα· καὶ γὰρ τὴν καρδίαν καρζάν φασὶ καὶ τὸ διαμενῆς ζαμενῆς; item ζα ἐπιτατικὸν Aeolice e διὰ derivatur Et. M. 407, 3. 28, Et. G. 228, 34. — J. Gr. 244, a. ἀντὶ δὲ τοῦ δ̄ (potius δῑ) τὸ ζ̄· διαβάλλειν ζαβάλλειν, διὰ νυκτὸς ζὰ νυκτὸς. cf. Hes. ζαβάλλειν ἑξαπατῶν, Et. M. 406, 42. ζαβάλλω τὸ ἑξαπατῶ. — Ann. Ox. IV, 325, 27. παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν ἀντὶ τοῦ δ̄ (potius δῑ) ζ̄ παραλαμβάνεται· ὡς ὅταν τὸ διάβατον ἢ Σαπφῶ ζάβατον λέγη.

2) Boeckhii haec lectio jam satis certa magis etiam confirmatur, quod a Scholl. B. II. ξ, 325 inter varias nominis Διόνυσος formas etiam Διόνυξος refertur; ceterum cf. de hac voce §. 8, 8. Vulgari forma Διονύσια dicuntur in decreto ad Lampsacenos, sed ea Lampsacenorum, non Aeolum.

3) Herod. π. μ. λ. 23, 8 postquam docuit, verba in αζω exeuntia ᾱ corripere: παρασησόμεθα (leg. παραιτ.) δὲ Αἰολίδα διάλεκτον διὰ τὸ πτάζω (sequitur Alc. 19, ubi ἑπταζον). ἐκ δὲ τοῦ κοινοῦ ἦν ἑπτησαν (leg. ἑπτησον). τὸ δὲ αὐτὸ ἐπὶ τοῦ πλάζω· τὸν δὲ ἐπιπλάζοντες etc. (S. 10) ἀντὶ τοῦ ἐπιπλήσοοντες. — Non aliter πτάζω et πλάζω Aeolica dicuntur ab Herod. Ann. Ox. III, 292, 17 et Ann. Ox. I, 47, 21; πλάζω Et. M. 335, 38. τὰ δύο σ̄ εἰς ζ̄ τρέπουσιν Αἰολεῖς· τὸ γὰρ ἐπιπλήσω ἐπιπλάζω, addito Sapphus fragmento, cf. p. 737, 34, Ann. Ox. I, 149, 7, Draco 21, 19 et 84, 2, Greg. Cor. 613. — Adhibetur haec mutatio Aeolica ad ἀτύζω Et. M. 168, 15; ἐμπάζω Et. M. 335, 37, Greg. Cor. 613; διάζομαι, μείζων et ὀλίζων Et. M. 270, 24, Gud. 143, 20; μείζων Et. M. 582, 13, Ann. Ox. II, 392, 18; μείζων et νίζω Ann. Ox. II, 389, 20. Cautius de νίζω Ann. Ox. I, 291, 24. τὸ δὲ νίζω οὐκ ἐγένετο ἐκ τοῦ Αἰολικοῦ· οὐδέποτε γὰρ τὰ παρ' αὐτοῖς δύο σ̄ τρέπουσιν.

et πλάζω pro πτήσσω et πλήσσω ex Alcaei fr. 19, ubi ἔπταζον et Sapph. 10, ubi ἐπιπλάζοντα; neque tamen semper hanc mutationem valuisse, indicio est σταλάσσω S. 104. Alia, in quibus vulgo ζ̄ est, grammatici suo more Aeolica hac mutatione explicant, ut ἐμπάσσω, μείζων e μέσσω etc.

De ζ̄ pro γ, quod Aeolicum vocatur in ὄλιζον, vid. §. 49, 3.

3) Aeoles igitur non ignorarunt ζ̄, quod e grammaticis 4) colligi possit, qui eos σδ̄ pro ζ̄ scripsisse referunt. Jam patet hoc non posse nisi ad ea referri, quae vulgo ζ̄ habent, ut grammatici Aeolica vocant Σδεὺς, σδυγός, μελίσσω, κωμάσσω, quo accedit βρίσσω pro ῥίζα ex Et. M. 214, 33 (vid. §. 5 not. 7), et ex Hesychio ἀπύσσω, ἀπῶδες leg. ἄπυσσον i. e. ἄποζον, quod Lesbianum esse, etiam ὀ in ὐ mutatum indicat, vid. §. 12, 7.

In poetarum libris haec reperiuntur: Alc. 43 παρίσσω; idem teste Herodiano in Et. M. 181, 44 dixit ἀγνάσσω τροπῇ τοῦ ζ̄ εἰς σ̄ καὶ δ̄; Sapph. 4 ὕσσω, 44 ὄσσω, 20 φροντίσσω, 55 εικάσσω; deinde in Melinnus carmine σδεύγλα, denique in marmore Cumaeo l. 7 προσονμάσσω. Saepe tamen ζ̄ servatum est, ut Ζεὺς A. 10. 27, ὑποξέξασσω S. 1, 9, Ζεφύρω A. 5, ζοφοδορίδας Alc. ap. Diog. L. 1, 81 et Plut. Mor. II, 426 B. (Hes. ζοφοδερκίας); κωμάσσω A. 46, ἰζάνει S. 2, 3; μείζων S. 44. Adco in Cumaeo saepius ζ̄ non mutatum est l. 5. 16. 17 δογματίζοντος, ἀρμόζοισαν, νομίζων; denique in Lampsaceno l. 14 ἐδίκαζε e meliore lectione.

4) Quibus comparatis satis dubium videtur, annon semper vulgare ζ̄ apud Aeoles in σδ̄ transierit. Nam de ζ̄

4) J. Gr. 244, a. ἀντὶ τοῦ ζ̄ τιθέναι τὸ σ̄ καὶ δ̄ Ζεὺς Σδεὺς, ζυγός σδυγός, μελίζειν μελίσσειν, cf. Meerm. 661. Aeolicae diaereses (ζ̄ in σ et δ) exemplum affertur κωμάσσω a] Drac. 161, 1 et Exc. Par. post Greg. C. 678. Aeolica praeterea dicuntur σδυγός a Greg. Cor. 598 et Theod. Bekk. 815, 32, Ann. Ox. IV, 326, 8 et 332, 18, μασδός Eust. 753, 12, μελίσσειν Scholl. Theocr. I, 2.

initiali eo minus grammaticis et Melinnoi, recentiori poëtriae, confidendum arbitror, quod ne Aleman quidem et Theocritus, quos Aeolico, non Dorico more  $\bar{\sigma}\delta$  in multis pro  $\bar{\zeta}$  habere alio tempore docebimus,  $\bar{\zeta}$  initiale mutarunt et quod  $\bar{\zeta}$  in *Zeús* et *ζυγός* non minus e  $\bar{\delta}$  natum est, quam in *ζά* etc. (vid. Hartung *Partik. I. p. 353*). Deinde  $\bar{\zeta}$  servatum est, nisi fallor, ubicunque non e  $\bar{\delta}$  ortum erat, ut *μείζων* e *μεγίων* non minus quam *πλάζω* a radice *πλαγ*. Contra ubi  $\bar{\sigma}\delta$  ab origine erat, ut *ῥσδος*, *ῖσδω* 5), aut  $\bar{\zeta}$  e  $\bar{\delta}$  natum est, ut in *βρίσδα*, cf. radix, et plerisque verbis in  $\bar{\zeta}\omega$ , apud antiquiores poëtas  $\bar{\sigma}\delta$  scriptum fuisse videtur, unde non dubitavimus cum aliis *ῖσδάνει* et *κομάσδω* corrigere, quanquam recentiores tituli ne in his quidem sibi constant.

Ceterum  $\bar{\zeta}$  in  $\bar{\delta}$  mutatum, quod interdum Acolibus adscribitur, Boeotorum est, vid. §. 37, 1.

5) Pro duplicibus  $\bar{\xi}$  et  $\bar{\psi}$  Acoles referuntur  $\bar{\kappa}\sigma$  et  $\bar{\pi}\sigma$  scripsisse 6). Constat antiquiores Graccos omnes eas litteras ignorasse; Attici tamen tituli antiquiores pro illis  $\bar{\chi}\sigma$  et  $\bar{\phi}\sigma$  habent, sed columna Melia C. I. nr. 3 et antiqui tituli Theraci  $\bar{\kappa}\sigma$  et  $\bar{\pi}\sigma$ , neque absonum videtur, Acoles quoque antiquiores cum his conspirasse. Mirum tamen, quod res, ad antiquam orthographiam pertinens, ad dialectum refertur, quum non credibile sit, in poëtarum Aeolicorum libris eam scripturam a grammaticis, qui recensuerunt, Alexandrinis servatam esse. Quare, antiquissima in Joanne Gr. lectione *σκένος* pro *κσένος* adjuvante, suspicor, non alium morem, exemplis male additis et mutatis, ea regula significari, quam quo Acoles

5) Cum *ῥσδος* compara nostrum *Ast*; ex antiqua radice *σεδ*, per reduplicationem *σισδω* et abjecto *σ* *ῖσδω* natum est, ut e *σεχ* (*έχ*) *σισχω*, *ῖσχω* (cf. *ἔσχον* ex *ἔσεχον*), *μίμνω*, *πίπτω* e *μεν*, *πιτ*.

6) J. Gr. 244, b, Greg. Cor. 613, Meerm. 661: *ἀντι τοῦ σ̄ τιθέσσι τὸ π̄ καὶ σ̄ • ξένος κσένος, ἱέραξ ἱέρακς • ἀντι δὲ τοῦ ψ̄ τὸ π̄ καὶ σ̄ • Πέλοψ Πέλοψς, Ἄραψ Ἄραψς*; apud J. Gr. in H. Ad. legitur *σκένος*, in edd. rec. *κσένος*.

*σκιφος* et *σπέλιον* pro *ξιφος* et *φέλιον* dixisse traduntur <sup>7)</sup>. Quanquam ne hujus quidem usus certa exempla reperiuntur, sed *ξιφεος* legitur Alc. 25; contra *σκιφος* Dorien-sium nonnulli dicebant, ut apud Epicharmum *Ἡβ. γαμ. fr. 1 et 3 Crus.* leguntur *σκιφύδρια* et *σκιφίας*. Et fieri potuit, ut quae exempla Scholiastes Dionysii e dialectis profert, a Theodosio et Gregorio minus recte omnia Aeolibus tribuerentur propter *σδυγός*.

Ipsum  $\bar{\psi}$  est pro  $\bar{\sigma}$  in nomine poëtriae *Ψάπφοι* S. 71 et *Ψάπφ'* 1, 20, quanquam vulgata forma *Σάπφοι* metro confirmatur Alc. 45 <sup>8)</sup>. Simile est *ξὺν* pro *σὺν*, quod legitur S. 27 in *ξυνοῖκην* et Theocr. 28, 25 *ξὺν ὀλίγω*, quum plerumque vulgaris forma tradita sit.

## §. 8.

### De duplicatione liquidarum.

1) Maxime insignis et Lesbiacae dialecto propria est duplicatio quaedam liquidarum, ubi reliquae dialecti simplices habent, plerumque longa vocali aut diphthongo, quae ante liquidam est, simul apud Aeoles correpta. Grammatici multi sunt de hac consuetudine neque tamen veram rationem perspexerunt. Quare nunc quidem non

7) Scholl. Dion. 815, 2. *ὅτι δὲ καὶ διὰ δύο στοιχείων τὸ παλαιὸν ἐγράφοντο* (duplices), *διδάσκουσι αἱ διαλέκτοι· τὸ γὰρ ξίφος σκιφος ἐκάλον καὶ τὸ φέλιον σπέλιον καὶ τὸν ζυγὸν σδυγόν.* — Theod. Bekk. 815, 32. *οἱ Αἰολεῖς κατὰ τὴν προφορὰν τοῦ ζυγὸς σδυγὸς γράφουσι καὶ κατὰ τὴν προφορὰν τοῦ ξίφος σκιφος* (leg. *σκιφος*) *καὶ κατὰ τὴν προφορὰν τοῦ φέλλιου σπέλλιου;* item Ann. Ox. IV, 326, 8 et Greg. Cor. 598, nisi quod recte *σκιφος* legitur et additur in hujus antiquis editionibus *καὶ τὴν ψαλίδα σπαλίδα.*

8) Psapphae nomen restituit C. O. Muellerus apud Varronem de L. L. IX; 90, 51, ubi de duplicibus nominum formis agit: »Sappho (et Psappha), et Alcaeus et Alcaeo, Geryon, Geryoneus, Geryones.« — Ceterum  $\psi$  et  $\sigma$  permutantur in nonnullis vocibus peregrinis, *ψίττακος* et *σίττακος*, *ψάγδας* et *σάγδας.*

utemur nisi exemplis, quae plurima tradunt<sup>1)</sup>; postea eorum opiniones atque errores et commemorabimus et refutabimus. — Accuratius vero quaerentibus, unde haec duplicatio orta sit, in multis apparet, ab origine duas consonantes fuisse conjunctas, quarum rudior sonus quàm tolerari non posse videretur, reliqui Graeci altera ejecta vocalem antecedentem, ne syllabae quantitas mutaretur, producebant, Lesbii altera ejecta manentem liquidam duplicabant. Quae vera hujus proprietatis ratio quo lucidius appareat, primum ea videbimus, de quarum antiquiore forma magis constat, postea ad reliqua pergemus, quae inde illustranda sunt.

2) In Aoristis I. verborum λ, μ, ν, ρ antiquitus σ fuisse eoque propter euphoniā plerumque ejecto brevem vocalem antecedentem, ne syllabae quantitas turbaretur, productam esse, reliquorum verborum et eorum maxime, quae post liquidas σ tuita sunt, analogia satis evincit (cf. Pott *Etym. Forsch. I. p. 19*); igitur ἔστειλα ex ἔστειλασα natum est etc. Jam vero Aeoles in his brevem vocalem intactam reliquerunt, liquidam duplicarunt. Exempla afferuntur a grammaticis<sup>2)</sup> στελλάμεναι, ἐνέμματο, ἐγέννατο, κτένναι pro στειλάμεναι, ὀρράτω etc. — In marmore Lampsaceno leguntur l. 10. 18 ἀπέστειλαν, ἀποστειλάντα. — Apud poetas duplex liquida in libris est S.

1) Grammatici enim hac Lesbiacae dialecti ratione utuntur ad orthographiam vocum certius constituendam, ut εἶμα scribendum esse, non ἱμα, recte ex Aeolico ἐμμα colligunt, contra χρῆμα, non χρῆϊμα, ex Aeolico χρίμμα. Omnia fere ejus generis ex Herodiano manare videntur, unde haud dubie hausit, qui plenus est talibus, Choeroboscus de orthographia in Anecdotorum Oxoniensium Volumine altero.

2) Ann. Ox. I, 325, 27. ἐγέννατο, στελλάμεναι, quocum confers Hes. στελλάμεναι, στειλάμεναι (vid. §. 6, 1); J. Gr. 244, a. Greg. C. 587. ἐγέννατο, Meerm. 660. ἐνέμματο, Vatic. 690. ἐγέννατο, ἐνέμματο, J. Gr. 244, b. κτεῖναι κτάνναι leg. κτένναι; de ὀρράτω ab εἶμα vid. §. 15. not. 7.

67 *συνερόρραϊσα* (leg. *συνόρραϊσα*, cf. §. 15 not. 7), e conjectura restituitur Alc. 24 *ἐγέννατο*, 28 *πέννας*. —

Non minus  $\bar{\nu}$  e  $\bar{\nu}\sigma$  natum est in *μῆννος*, Lesb. 2166, 34, ut patet e Latino mensis; minus recte in Cumaeo l. 55 *μῆνος* scriptum est. De longa vocali servata vid. nr. 10.

3) Duplex  $\bar{\mu}$  ubi praeterea reperitur, semper est pro  $\bar{\sigma}\mu$ . Ejusmodi sunt *ἔμμι*<sup>3)</sup> pro *εἰμί*, quod legitur S. 2, 15 et (ex *ἔμμεν* emendatum) fr. 80, et infinitivus *ἔμμεναί*, qui et Aeolicus vocatur ab Heraclide ap. Eust. 1407 extr. et reperitur Lesb. 2166, 41, Cum. 51, S. 2 v. 2, 16, Alc. 66, Theocr. 29, 2. Constat enim nunc inter omnes, verbi substantivi radicem esse *ἐς* (quod servatur in *ἐστὶ*, *ἐστὲ* etc.), cujus  $\bar{\sigma}$  apud Aeoles ante sequens  $\bar{\mu}$  in  $\bar{\mu}$  mutatum est. — Non aliter a radice *Ἔς* (cf. *Ἔστο*, vestis) descendunt Aeolica *ἔμμενος*<sup>4)</sup> pro *εἰμενος* et *ἔμμα*<sup>5)</sup> pro *εἶμα*; illud legitur Sapph. 74 *ἐπεμμένα*. — Deinde Aeolicum est *χρίμμα*<sup>6)</sup> pro *χρίσμα* sive *χρῖμα*, ubi antiquum  $\bar{\sigma}$  in altera vulgari forma ser-

3) Choer. Ox. II, 210, 32, Eust. 110, 39. cf. Et. Gud. 169, 51, ubi *ἔμμι* dialecto non nominata comparatur cum *κέρρω* et *φθέρρω*. Male *ἤμι* Aeolicum vocatur ab Heraclide ap. Eust. 1613, 21.

4) Choerob. 203, 27. *εἰμένος* — *διὰ τῆς εἰ διαφθόγγου*. — *οἱ γὰρ Αἰολεῖς εἰμενοὶ* (leg. *ἔμμενοι*) *καὶ ἀφιεμένοι* (leg. *ἀμφιέμμενοι*) *φασίν*. ὡςπερ *κέρρω κέρρω*, *φθέρρω φθέρρω*. — Id. 176, 24. *ἀφιεμένοι* (leg. *ἀμφ.*) *σημαίνει τὸ ἐνδεδυμένοι δια τῆς εἰ διαφθόγγου*. *εὐρηται γὰρ παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν καὶ χωρὶς τοῦ τ· οἷον ἀφιεμένοι* (leg. *ἀμφιέμμενοι*); cf. Et. Gud. 167, 15, ubi *ἀμφιέμμενοι* scriptum est.

5) Choer. 209, 12, Et. M. 300, 18, Et. G. 167, 12, Ann. Ox. I, 325, 27, J. Gr. 244, b et 245, b, Greg. C. 597. 622, Meerm. 662. 664. Corrupte *ἔμβα* scribitur Ann. Ox. I, 153, 22. Pertinent huc etiam glossae Hesychianae *ἔμμα*, *ἰμάτιον* et *γέμματα* (i. e. *Ἐμματα*), *ἰμάτια*, dialecto non nominata.

6) Choer., 276, 20. *χρῖμα* σημαίνει δὲ τὸ *χρίσμα*, *διὰ τοῦ τ· γρά-  
ρεται*. *ἐπειδὴ οἱ Αἰολεῖς χρίμμα λέγουσι καὶ οὐχὶ χρέμμα*. *ἰστέον δὲ  
ἵτι ὡςπερ λέγουσι κρούμμα* (leg. *κρούμα*) *καὶ κρούσμα*, *οὕτως λέγεται  
ῥῖμα καὶ χρίσμα*.

vatum est. — Denique Lesbica ἄμμες et ὕμμες (vid. §. 23) pro ἡμεῖς et ὑμεῖς eandem originem habere, Sanscrita lingua docet, in qua inter alias formas accusativi horum pronominum *asman* et *jushman* sonant.

4) Aeolica vocantur adjectiva in  $\overline{\epsilon\nu\nu\omicron\varsigma}$  pro  $\overline{\epsilon\iota\nu\omicron\varsigma}$  7), ut ἄργεννος, ἐρέβεννος, κελιάδεννος, ὄρεννος, πόθεννος, φάεννος, φώτεννος. Inde genuinum nomen insularum Arginusarum prope Lesbum sitarum erat Ἀργεννοῦσαι (potius Ἀργεννόεσσαι), ut scribitur apud Steph. Byz. et Thucyd. VIII, 101. vid. Poppo Proll. II. p. 448, a quibus haud procul aberat promontorium Ἀργεννὸν teste Stephano. Apud Sapph. 3 recte φάεννον sine libris restitutum est. — Jam vero in his adjectivis  $\overline{\nu\nu}$  e  $\overline{\sigma\nu}$  ortum esse, maxime apparet in iis, quae a substantivis neutr. gen. in  $\overline{\sigma\iota}$  derivata sunt, ut φάεννος, ὄρεννος a φάος, ὄρος. Horum enim stirpes esse φαες, ὄρες, docent composita φαεσφόρος, ὄρεσκῶος (cf. Bopp Vergl. Gr. §. 128); unde terminatione  $\overline{\nu\omicron\varsigma}$  addita ὄρεσνος, φαεσνος, deinde vulgaria ὄρεινός, φαεινός, Aeolica ὄρεννος, φάεννος orta sunt. Cetera ad horum similitudinem formata esse videntur.

Non minus ἐννυμι, quod Aeolicum dicitur (Et. M. 90, 11, Et. G. 48, 36), quanquam est vulgare, ex ἐσνυμι ortum est a radice ἐς.

5) Verba, quorum stirps in liquidam exit, vulgo λ in praesenti duplicant, ante  $\overline{\nu}$  et  $\overline{\rho}$  brevem vocalem producant; Aeoles etiam in his duplicationem malebant. Exempla traduntur haec: κτείνω 8) pro κτείνω; δίνω pro

7) De ἀργεννός Phav. Ecl. 124, 21, ἐρεβεννός Tzetz. ad Hes. Opp. 17, κελιάδεννός Choer. 232, 29, φαεινός et φοιτεννός Choer. 273, 30. Inde corrigenda in Et. Gud. 548, 10. φάεννος, quum praeterea de duplici liquida moneatur, 20, 53. ὄρενός et φαενός, 471, 57. ποθεννός, 560, 5. φώτενος.

8) Choer. 233, 9, Eust. 1604, 11, Greg. 587. 597. Contra κταίνω Δωρικώτερον παρ' Ἀλκαίω fuisse tradit Eustath. 1648, 5; at vereor, ne per errorem Eustathio antiquiorem hoc scriptum fuerit pro κτένω.



*δίνω* Choer. 190, 24; *κλίνω* Id. 227, 19; *κρίνω* 9), unde legitur *ἐπεκρίνεται* Lesb. 2166, 23 et *κρίνω* nr. 2170; *ὀρίνω* 10); *σίννονται* Choer. 259, 7, quod vix dubito quia e Sapph. fr. 72 petitum sit, ubi correximus, quod legebatur *σίνονται*. — Deinde verba in *αιρω* exeuntia omnia apud Aeoles *αιρω* habuisse referuntur 11); singula afferuntur haec: *δέρρω*, *κέρρω*, *φθέρρω*, *σπέρρω* 12), *ἀγέρρω* 13), *ἀέρρω* 14), unde recte *ἀέρρει* legitur Alc. 90, emendatione restituta sunt *ἄρρει* A. 33 et *ἀέρρει* S. 44; *ἐγέρρω* 15), *ιμέρρω* 16), unde *ιμέρρει* S. 1 v. 27, *τέρρω* 17). Accedit *οικτίρρω*, quae scribendi ratio certiore testimonio nititur 18), quam *οικτιέρω* apud Herod. π. μ. λ. 43, 16, quanquam vulgo *οικτιέρω* scribitur; denique *ὀλοφύρρω* pro *ὀλοφύρω* apud Herod. I. I. — Non minus Homericum *ὀφέλλω* pro vulgato *ὀφέλω* Aeolicum

9) Choer. 227, 7; in Et. G. 317, 52 male *ἐπικρίνω* Aeolicum vocatur, leg. *ἐπικρίνω*.

10) Choer. 244, 8; male in Et. G. 33, 39 *ὀρίνω* legitur.

11) Heraclid. ap. Eust. 756, 32, *ἔρρω* a *φθίρω* derivans: *οἱ Αἰολεῖς τὰ εἰς ῥω βαρύτερα, ἔχοντα τὴν εἰ δίφθογγον παρατέλειον, μετατιθέντες τὸ ῖ εἰς ἕτερον ῥ προφέρονται, τὸ κείρω κέρρω λέγοντες καὶ τὸ δειρω δέρρω· οὕτως οὖν καὶ φθίρω φθέρρω*. Eadem fere Herod. H. Ad. 205, a et App. Et. Gud. 661, 34, ubi additur *σπέρρω*, cf. Eust. 1648, 1, Et. M. 90, 11, Et. G. 157, 48. Recte Herod. π. μ. λ. 43, 17 de Aeolico *ἔρρω* dubitat.

12) Haec quatuor saepissime afferuntur, ut Choer. 194, 11 et 209, 13, Et. M. 658, 55, Et. G. 566, 27, Ann. Ox. I, 303, 8, Scholl. Dion. 665, 22, Greg. C. 597. 602 etc.

13) Choer. 175, 21, Ann. Ox. I, 325, 27, Et. M. 8, 13, J. Gr. 244, a etc.

14) Choer. 175, 25, Et. G. 11, 29.

15) Choer. 201, 22, Et. G. 157, 48, Greg. C. 587.

16) Herod. π. μ. λ. 43, 16, J. Gr. 244, b, Meerm. 662.

17) *τέρρεται* Choer. 269, 7; corrupte *τέρεται* 266, 13, ubi comparatur cum *φθέρρω*.

18) Choer. 243, 26 *οικτίρω* — *διὰ τοῦ ῖ* — *οἱ Αἰολεῖς οἰκτιέρω λέγουσι καὶ οὐχὶ οἰκτίρρω*.

vocatur in Scholl. II. a, 353; de ἀπέλλω pro ἀπέλω et βόλλομαι pro βούλομαι vid. nr. 8.

Non aliter feminina substantiva et adjectiva in  $\check{a}$  vulgo ante terminationem  $\bar{l}$  duplicant, ante  $\bar{v}$  et  $\bar{\rho}$  breves vocales producunt, ut ἄελλα, μέλαινα, τέρενα, μοῖρα. Apud Aeoles etiam  $\bar{v}$  et  $\bar{\rho}$  duplicari, consentaneum est, ut exemplum traditur πέρρα pro πείρα<sup>19</sup>). — Denique eadem analogia apparet in comparativis μᾶλλον, ἀμείνων, χείρων, unde non mirum, hoc apud Aeoles χέρρων sonare<sup>20</sup>). —

Conjuximus haec, quo melius vera duplicationis ratio appareret. Apertissima enim analogia cohaerent verborum genus quoddam, feminina in  $\check{a}$  et comparativi in  $\bar{\omega}\bar{n}$ , quippe quae omnia  $\bar{l}$  ante terminationem duplicent, breves vocales ante  $\bar{\rho}$  et  $\bar{v}$  producant (et  $\bar{a}$  quidem in  $\bar{a}\bar{i}$ ,  $\bar{e}$  in  $\bar{e}\bar{i}$ ), denique mutas ante terminationem in  $\bar{\sigma}\bar{\sigma}$  vel  $\bar{\zeta}$  mutare soleant, ut φρίσσω, Κίλισσα, γλύσσω derivantur a stirpibus φρικ, Κιλικ, γλυκ. Jam vero in comparativis haud dubie antiqua terminatio est  $\bar{\omega}\bar{n}$ , ut γλύσσω e γλυκίων nascitur; in femininis saepe integra terminatio  $\bar{i}\bar{a}$  patet, ut ποιήτρια, γλυκεῖα; denique etiam praesentia illa ab origine  $\bar{i}\bar{\omega}$  habuisse, cognatarum linguarum praeterea comparatio docet, in quibus late patet verborum per  $\bar{i}$  formatio, ut ἄλλομαι, salio. Hoc igitur  $\bar{i}$  consonans cum antecedente muta in  $\bar{\sigma}\bar{\sigma}$  vel  $\bar{\zeta}$  mutatum est, cum  $\bar{l}$  in  $\bar{\lambda}$ , contra antecedens  $\bar{v}$  vel  $\bar{\rho}$  vulgo quasi transsiliens cum vocali in diphthongum jungitur, ut τείνω, τέρενα, χείρων e τεινω, τερενια, χειριων. Apparet igitur, in his omnibus Aeolum duplicem liquidam e simplici et sequente  $\bar{i}$ , aut potius  $\bar{j}$  natam esse<sup>21</sup>). — Neque tamen in his Aeoles

19) Choer. 252, 7; male πέρρα scribitur 178, 5.

20) Choer. 277, 20, J. Gr. 245, b, Greg. C. 622, Meerm. 664; in Et. G. 564, 7 corrupte legitur Διολεῖς χήρων καὶ χέρρων.

21) Jamdudum hanc praesentium, femininorum, comparativorum originem esse intellexeramus atque (Conj. auf  $\bar{\mu}$  p. 34) innueramus,

ubique duplicationem liquidae vulgatae rationi praetulisse videntur. Quippe saepissime reperitur post  $\bar{\epsilon}$ , rarius post  $\bar{\iota}$ , semel post  $\bar{\upsilon}$  in  $\acute{\omicron}\lambda\omicron\phi\acute{\upsilon}\rho\acute{\omega}$ , nunquam post  $\bar{\alpha}$ . Contra leguntur  $\phi\alpha\acute{\iota}\nu\omega$  S. 1 v. 16, 16, 25,  $\chi\alpha\acute{\iota}\rho\omega$  S. 54. 56,  $\mu\alpha\rho\mu\alpha\acute{\iota}\rho\omega$  A. 7,  $\mu\acute{\epsilon}\lambda\alpha\iota\alpha$  S. 1, 10,  $\mu\acute{\alpha}\kappa\alpha\iota\alpha$  S. 1, 13 et 67. cf. Seidl. p. 181. Tanta igitur in his est constantia, ut Lesbios post  $\bar{\alpha}$  duplicem liquidam pro simplici et  $\bar{\jmath}$  ponere noluisse fere certum videatur.

6) His addimus alia, in quibus duplex Aeolum liquida ejecto  $\bar{\jmath}$  originem debet. Primum  $\kappa\acute{\epsilon}\nu\eta\omicron\varsigma$  22) ex antiquo  $\kappa\acute{\epsilon}\nu\eta\omicron\varsigma$  natum esse, et duplex HomERICA forma indicat  $\kappa\epsilon\upsilon\acute{\omicron}\varsigma$  et  $\kappa\epsilon\upsilon\acute{\omicron}\varsigma$  et Sanscritum  $\text{çunja}$ , vid. Pott *E. F. II.* p. 53. Huic autem simillima sunt  $\xi\acute{\epsilon}\nu\eta\omicron\varsigma$  et  $\sigma\acute{\tau}\epsilon\upsilon\eta\omicron\varsigma$  23) pro Ionicis  $\xi\acute{\epsilon}\nu\eta\omicron\varsigma$  et  $\sigma\acute{\tau}\epsilon\upsilon\eta\omicron\varsigma$ , ut de eadem origine vix dubitare liceat.

Deinde huc pertinent Aeolica 24)  $\Pi\acute{\epsilon}\rho\acute{\rho}\alpha\mu\omicron\varsigma$ ,  $\kappa\acute{\omicron}\pi\epsilon\rho\acute{\rho}\alpha$ ,  $\acute{\alpha}\lambda\lambda\acute{\omicron}\tau\epsilon\rho\acute{\rho}\omicron\varsigma$ ,  $\mu\acute{\epsilon}\tau\epsilon\rho\acute{\rho}\omicron\varsigma$  pro vulgatis  $\Pi\rho\acute{\iota}\lambda\omicron\mu\omicron\varsigma$ ,  $\kappa\acute{\omicron}\pi\rho\acute{\iota}\alpha$ ,  $\acute{\alpha}\lambda\lambda\acute{\omicron}$ -

quum Boppium (§. 300. 500. 501) et Pottium (II. p. 30. 38 etc.) similia judicare vidimus.

22) Greg. Cor. 609, quanquam Herodianus Aeolibus  $\kappa\acute{\epsilon}\nu\eta\omicron\varsigma$  adjudicat. vid. nr. 11.

23) De  $\xi\acute{\epsilon}\nu\eta\omicron\varsigma$  Herodian. Et. M. 582, 46, Choer. 942, 19. (ubi male  $\xi\acute{\epsilon}\nu\eta\omicron\varsigma$  scribitur), Et. G. 413, 43 et 414, 27. vid. not. 48; Scholl. Tzetz. Chil. in Ann. Ox. III, 356, 16.  $\sigma\tau\epsilon\upsilon\acute{\omicron}\tau\alpha\tau\omicron\varsigma$ ,  $\xi\acute{\epsilon}\nu\acute{\omicron}\tau\alpha\tau\omicron\varsigma$ ,  $\kappa\epsilon\upsilon\acute{\omicron}\tau\alpha\tau\omicron\varsigma$   $\kappa\alpha\acute{\iota}$   $\tau\acute{\alpha}$   $\acute{\omicron}$  $\mu\iota\alpha$   $\mu\epsilon\gamma\acute{\alpha}\lambda\alpha$   $\gamma\rho\acute{\alpha}\phi\epsilon$ ,  $\Lambda\iota\omicron\lambda\iota\kappa\acute{\omega}\varsigma$   $\delta\acute{\epsilon}$   $\mu\iota\kappa\rho\acute{\alpha}$ ,  $\acute{\omicron}\tau\iota$   $\delta\iota\acute{\alpha}$   $\delta\upsilon\acute{\omicron}$   $\eta\upsilon$   $\gamma\rho\acute{\alpha}\phi\epsilon\tau\alpha\iota$   $\sigma\tau\epsilon\upsilon\eta\acute{\omicron}\tau\alpha\tau\omicron\varsigma$ ,  $\xi\acute{\epsilon}\nu\eta\acute{\omicron}\tau\alpha\tau\omicron\varsigma$ ,  $\kappa\epsilon\upsilon\acute{\omicron}\tau\alpha\tau\omicron\varsigma$ .  $\omicron\acute{\iota}$   $\delta\acute{\epsilon}$   $\mu\iota\kappa\rho\acute{\alpha}$   $\tau\alpha\upsilon\tau\alpha$   $\gamma\rho\acute{\alpha}\phi\omicron\upsilon\tau\epsilon\varsigma$   $\acute{\alpha}\lambda\lambda\omega\varsigma$   $\phi\lambda\alpha\rho\omicron\upsilon\acute{\alpha}\iota\upsilon$ ; similiter Tzetz. ad Hes. Opp. 412. Vulgatae linguae adscribuntur  $\kappa\acute{\epsilon}\nu\omicron\tau\epsilon\rho\omicron\varsigma$ ,  $\sigma\tau\epsilon\upsilon\acute{\omicron}\tau\epsilon\rho\omicron\varsigma$  a Choerob. Bekk. 1286,  $\sigma\tau\epsilon\upsilon\acute{\omicron}\tau\alpha\tau\omicron\varsigma$  et  $\kappa\epsilon\upsilon\acute{\omicron}\tau\alpha\tau\omicron\varsigma$  in Et. M. 275, 50, ejusque rei causa ex antiquis formis  $\kappa\epsilon\upsilon\acute{\omicron}\varsigma$  et  $\sigma\tau\epsilon\upsilon\acute{\omicron}\varsigma$  repetitur. Jure de his testimoniis dubitatum est (vid. Butt. A. G. §. 65. *Anm.* 4), quia vocalis quantitas pendet a rhythmo neque ea est, quae ex antiquiore lingua retineri possit. Quare Tzetzem ejusque Scholiastem veriora tradere, Choeroboscum, unde fluxerunt, quae sunt in Et. M., aut antiquiorem Grammaticum male ad vulgarem dialectum adhibuisse credo, quae de Aeolica tradita erant.

24) Et. M. 665, 40.  $\Pi\acute{\epsilon}\rho\acute{\rho}\alpha\mu\omicron\varsigma$ ,  $\Pi\rho\acute{\iota}\lambda\omicron\mu\omicron\varsigma$   $\Lambda\iota\omicron\lambda\iota\kappa\acute{\omega}\varsigma$   $\pi\acute{\omicron}\tau\epsilon$   $\delta\iota\omicron$   $\rho\rho$   $\kappa\alpha\acute{\iota}$   $\pi\acute{\omicron}\tau\epsilon$   $\acute{\epsilon}\nu$ ;  $\kappa\alpha\acute{\iota}$   $\acute{\epsilon}\sigma\tau\iota\upsilon$   $\acute{\epsilon}\mu\pi\epsilon\acute{\iota}\nu$ ,  $\acute{\omicron}\tau\iota$   $\acute{\epsilon}\acute{\alpha}\nu$   $\acute{\alpha}\sigma\mu\phi\omega\upsilon\omicron\upsilon$   $\acute{\epsilon}\mu\pi\iota\phi\acute{\epsilon}\rho\eta\tau\alpha\iota$ ,  $\acute{\epsilon}\nu$   $\acute{\omicron}\acute{\iota}\alpha\upsilon$

τριος, μέτριος. Nam facile apparet, utrasque formas originem trahere e *Περίαμος, κοπερια, άλλοτριος, μετετριος*, ut duplex forma *εὐνήτρια* et *εὐνήτειρα* ex antiquo *εὐνήτρια* derivanda est; *μέτερδα* ex Aeolico poeta affertur (S. 118). Ceterum dubitari potest, an *ἀλλότερος* rectius simplici  $\bar{\eta}$  scribatur, quum de duplicata nullum disertum testimonium adsit et optimo jure possessiva *ἡμέτερος* etc. comparari videantur.

Denique non aliam rationem habet *πέροχος* S. 44 pro *περίοχος* (quod intellexit etiam Pott II. p. 53) et quae Aeolicae esse videntur glossae Hesychii, *περδέχειν, υπερέχειν* et *περδέθηκατο, περιεθήκατο*, unde etiam apud Theocr. 29, 25 e codicum lectione *περὶ ἀπαλῶ* metro jubente rescripsimus *περὶ ἀπάλω*, quod non magis a consuetudine scribendi ratione alienum putamus quam *κακ κεφαλαῖς*. Non minus recte apud Theocr. 29, 36 pro *ἐνοχλεῖς* propter metrum Hermannus *ἐνοχλεῖς* scribi jussit; sed etiam v. 12 pro *εἶν ἐνὶ* Aeolicum fuerit *ἐνν ἐν*, quod ex

---

*τρίτος τέταρτος* (leg. *τέρτος* cum Seidl. p. 185), οὐκ ἐτι δύο ῥῶ — εἰάν μὲν ἢ καθαρὸν, δύο, — κόπρια κόπερδα, υπερθεῖσι. *Πρίαμος Πιέρραμος*· *περὶ παθῶν* i. e. Herodianus. — Choer. 275, 24. οἱ *Αἰολεῖς* τὸ  $\bar{\tau}$  τὸ σονεσταλμένον πεφύκασι τρέπειν εἰς τὸ  $\bar{\epsilon}$ · οἶον *Πρίαμος Πιέρραμος, τρίτος τέρτος, κόπρια, κόπερδα*, unde emendetur Et. G. 566, 27. ubi *Πρίαμος, κ. πρία, τρίτος* leguntur. — Et. M. 529, 22. *κόπερα τὰ κόπρια Αἰολικῆ διαλέκτω ὡς ὁ Πρίαμος Πιέρραμος, άλλοτριος άλλοτερος* (Ms. Par. ap. Bast. ad Greg. 907 recte *κόπερδα* etc.); item in Et. G. 337, 43; Ann. Ox. I, 45, 13: *ἀλλότερος ὡς ἡμέτερος* — *υπερθεῖσι Αἰολίδος διαλέκτου, ἢ τὸν Πρίαμον Πιέρραμον λέγει καὶ τὴν κοπρίαν κόπερραν* (sic)· *ἀλλότερος* (leg. *ἀλλότριος*) οὖν ἦν· καθ' υπερθεῖσιν γέγονεν *ἀλλότερος*. — Et. M. 587, 12, *μέτερδα*· *τοῦτο τὸ πάθος τῆς Αἰολικῆς ἐστὶ διαλέκτου· οἶον αἰτιαῖο τὰ μέτερδα· ὁ γὰρ μέτριος μέτερός παρ' αὐτοῖς καλεῖται*. — De *Πιέρραμος* Aeolico praeterea J. Gr. 236, a, Leid. 639 (ubi *Πρίαμος*), Vatic. 689, Tzetz. ad Hes. Opp. 666, Epex. II. 103, 24, Hesych. *Πιέρραμος, βασιλεύς*. — Ceterum ex hac Aeolica nominis forma apparet, Priamum non minus arcis *Περγάμων* eponymum esse quam Ilum urbis, Troem populi; *Περγάμω* enim e *Περίαμω* natum est,  $\bar{\tau}$  in  $\bar{\eta}$  mutato.

ἐνι nascitur, ut *περὶ* e *περί* <sup>25</sup>). — Quibus comparandum videtur, quod etiam praepositio *σύν* interdum apud Aeoles producitur, quod quum in *ξυνοῖκην* S. 27, *σύνοῖδα* S. 102 e digamma vocum *οἶκος* et *οἶδα* explicari possit, non eadem ratio valet in *ἀσυνέτην* Alc. 10, *ξὺν ὀλίγω* Theocr. 28, 15; igitur etiam in his *σύνν* restituendum videtur ex antiqua forma *συνι* natum.

Raro duplex liquida omissa post liquidam digamma orta est. Certior res est in *γόννα*, quod Aeolicum vocatur pro *γόνα* <sup>26</sup>). Nam a nominativo *γόνυ* genitivus derivabatur *γόννος*, unde transposito *υ* *γουνός* factum est, aut vocali *υ* in consonans digamma mutata *γονφος*, deinde per Aeolicam assimilationem *γόννος*.

8) Aliarum vocum, in quibus Aeoles duplicationem liquidarum propriam habent, antiqua forma minus certa est; neque tamen possumus similem atque in reliquis originem non suspicari. Sunt vero hae: *ἄλλος* pro *ἡλεός* <sup>27</sup>), ut Sapph. 86. 87 *ἄλλᾶν*; *Ἔάλλος* pro *ἦλος*,

25) Non minus Homericum *εἰν* ex *ἐνι* originem traxit, iota transposito (vid. nr. 5); cum Aeolico *πέρρ* autem Homericum *ὑπερ* comparandum est; nam *ὑπέρ*, *ὑπερ* et *περ*, *πέρρ*, ab origine non diversa et ex antiquo *ὑπερ* (cf. Sanscr. *uparī*) derivanda esse, etiam utriusque praepositionis cognata significatio docebit §. 28.

26) Steph. Byz. s. v. *Γόννος*: *γόννα* (sic codd.) γὰρ οἱ Αἰολεῖς τὰ γόννατα, ubi quanquam de Aeolibus Thessaliae sermo est (cf. §. 49. 3), non dubitavimus tamen, idem ad Aeoles Asianos, hujus duplicationis amantissimos, referre.

27) Methodius Et. M. 68, 37 (corr. Et. G. 38, 35) *ἄλλως* pro *ματαιώς* apud Aristophanem, Euripidem, Homerum, Thucydidem reperiri docet, deinde ab *ἦλος* derivat: *ἦλος ἐπιρῶμα τὸ ματαιώς καὶ διπλασιασμῶ τοῦ ἠ καὶ συστολῆ τοῦ ἠ ἄλλως· εἰώθησαν γὰρ οἱ Αἰολεῖς διπλασιάζειν τὸ ἀμετάβολον καὶ συστέλλειν τὰς ὑπερκειμένας συλλαβὰς, εἴτε φωνῆεν ἦ εἴτε διφθογγος*. Non credimus de adverbio *ἄλλως*, quod a vulgari *ἄλλος* bene derivatur; sed fuisse apud Lesbios *ἄλλος* pro *ἡλεός* docet Herodian. π. μ. λ. 26, 13, qui vocem *μᾶλλον* singularem dicit, quod *ᾶ* ante duplex *λλ* corripitur, *χωρὶς εἰ μὴ τροπή τις εἴη τοῦ ἠ εἰς ᾶ παρὰ διαλέκτω*, deinde exempla affert e dialectis, quae metro Aeolica videntur et (duo prima S.

quod latet in Hesychii glossa γάλλοι, ἦλοι, quae non potest alius dialecti esse; ἀπέλλω pro ἀπείλω et ἀπέλλη (potius ἀπέλλα) pro ἀπέλη<sup>28)</sup>; ἐλλαπίνα pro εἰλαπίνη<sup>29)</sup>; μέλλιχος pro μελιχος, Et. M. 582, 42, Ann. Ox. IV, 315, 6 et 332, 5, ubi μελιχος, unde A. 45 recte μελλιχόμειδε scriptum est; χέλλος pro χείλος Choer. 278, 10; χέλλιοι<sup>30)</sup> pro antiquo χείλιοι, vulgo χίλιοι; ὠτέλλα pro ὠτειλή<sup>31)</sup>; ἴλλαος et ἴλλαθι pro ἴλαος et ἴλαθι<sup>32)</sup>; Μίλλατος pro Μίλητος Choer. 239, 30, quod e libris etiam Theocrito 28, 21 (Seidlero p. 186 monente) restitimus; ὄμιλλος pro ὄμιλος; πέδιλλον pro πέδιλον<sup>33)</sup>, unde scripsimus εὐπέδιλλος Alc. 5, χρυσοπέδιλλος S. 11;

86. 87) ἄλλαν habent, quod pro ἦλεός esse recte vidit Bergk. Si comparare licet Sanscr. alasas (ignavus, iners), ἄλλος ex ἄλλος natum est.

28) Choer. 175, 32, Et. M. 120, 51, cf. Hes. ἀπέλλειν, ἀπείργειν, fortasse etiam γέλλιξαι (i. e. Φέλλιξαι) συνειλήσαι. Ceterum ἀπέλλω huc traximus, quia longa syllaba est stirpis, non praesentis, ut docet longior forma εἰλέω.

29) ἐλλαπίνη Aeolicum dicitur Et. G. 165, 43 et Reg. Ms. ap. Koen. ad Greg. 588, ἐλαπίνα Choer. 208, 10.

30) Choer. 275, 19, Et. M. 817, 1, Et. G. 566, 27, cod. Ottob. Bekk. 1163. (item Ann. Ox. IV, 315, 9), ubi χάνοι recte a Bekkero in χέλλιοι corrigitur. Grammatici intellexerunt, hac Aeolica vocis forma postulari χείλιοι, quanquam usu scriptura χίλιοι sancita esset; et reperitur antiquius χείλιοι in antiquiore titulo Dorico C. I. nr. 1511, et in Boeotico 1569, a. cf. §. 39, 2.

31) Theogn. Ox. II, 111, 16, ubi ὠτέλλη; Choer. 280, 30. ὠτέλλω (leg. ὠτέλλας) οἱ Αἰολεῖς τὰ τραύματα; Et. G. 584, 4, J. Gr. 244, b, Meerm. 662.

32) Choer. 225, 6. Αἰολεῖς ἴλαος καὶ οὐχὶ ἴλλαος (Et. Gud. 276, 7 corr. ἴλαος); inde corrigendus est Choer. 224, 16. εἴλαθι· οἱ Αἰολεῖς γὰρ ἴλλαθι λέγουσι, leg. ἴλαθι et ἴλλαθι, etiam serie literarum postulante, quanquam etiam in Et. G. 566, 33 ἴλλαθι invasit.

33) ὄμιλλος Choer. 244, 22, ὄμιλλος Et. Reg. ap. Koen. ad Greg. 588, corr. ὄμιλος, non ὄμελλος Ann. Ox. I, 303, 8; πέδιλλα et ὄμιλλος Choer. 247, 16—239, 30, Et. M. 658, 55, Et. G. 561, 4, ubi corrupte ἐπόμιλλος.

denique βόλλα pro βουλῆ<sup>34</sup>), quod legitur in titulis Lesbiiis 2166, 23, 2184, 2186—2190, Lamps. 30, Cum. 25, nec minus βολλεύτω nr. 2166, 29, βολλεύταν 2190, ἐβोलλόμαν pro ἐβουλόμην Theocr. 28, 15.

Duplex  $\bar{\nu}$  reperitur in κράννα Lesb. 2172, pro κρήνη, quocum recte Welckerus comparavit Thessalicae urbis nomen Κρανών; ἔννεκα pro εἵνεκα Lesb. 2183 et Theocr. 28, 13; δίννα pro δίνη<sup>35</sup>); Δινομένης Alc. 43. 73<sup>36</sup>); σέλινον pro σέλινον Choer. 258, 6; χάλιννος pro χαλινός<sup>37</sup>); Ζόννουξος pro Διόνυσος aut potius Διώνυσος, quod est apud Homerum et in Boeotica dialecto (§. 41), Lesb. 2167. cf. §. 7, 1.

Duplex  $\bar{\rho}$  in hisce reperitur: ἄπερῶος pro ἡπειρος<sup>38</sup>); δέρῶα pro δειρή<sup>39</sup>), unde restitutum est ποικι-

34) Plut. Q. Rom. p. 288, B, ubi de bulla agit: ὁ μὲν γὰρ οἱ περὶ τὸν Βάρρωνα λέγουσιν, οὐ πιθανόν ἐστι, τῆς βούλλης (leg. βουλή) ὑπὸ Αἰολέων βόλλας προσαγορευομένης, τοῦτο σύμβολον εὐβουλίας περιτίθεσθαι τοὺς παῖδας. Eodem spectare videtur Lactant. I, 6, 7, qui, Sibyllam θεοβουλὴν explicans, βουλὴν Aeolico genere sermonis βυλὴν sonare scribit, corr. fortasse βόλλαν.

35) Choer. 171, 4 et 190, 22; in Et. G. 9, 9 vulgato errore δίνα scribitur.

36) Hoc nomen ab Alcaeo ludibrii causa e Δεινομένης factum esse, quasi a δίνα descenderet (Drehmuth pro Starkmuth), docuimus in Mus. Rhen. a. 1838. Nam pro δεινός Lesbii non poterant habere δινός, quia diphthongus in hac voce antiquissima est (cf. Δεινομένεος in galea Hieronis C. I. nr. 16), neque origo e radice δι, δει et terminatione νος duplicationem patitur. Nec magis Lesbiacum esse Δεινομένης, quod nonnulli voluerunt, eadem origo docet.

37) Choer. 276, 15. χαλινός διὰ τοῦ ἰ· οἱ γὰρ Αἰολεῖτε χαλλινὸν λέγουσι (leg. χάλιννον)· εἰ δὲ ἐγράφετο διὰ τῆς εἰ διφθόγγου, χαλλινὸν (leg. χάλεινον) εἶχε λέγεσθαι. Eadem aperta corruptela invasit in Et. G. 561, 4 et Reg. Ms. ap. Koen. ad Greg. C. 588, in quibus comparatur cum ὄμιλλος et πέδιλλον, unde duplex  $\bar{\lambda}$  irrepsisse videtur.

38) J. Gr. 244, b; Et. Par. ap. Koen. ad Greg. 279. ἡπειρος διὰ τῆς εἰ διφθόγγου· ἄπερος γὰρ λέγουσιν οἱ Αἰολεῖτε· ὡς περ κείρω κερῶ, σπείρω σπερῶ, ubi rectissime Bastius corrigit ἄπερῶος, κέρῶ, σπέρῶ; eadem corruptela est in Et. G. 246, 55 et 247, 20.

λόδερόροι Alc. 64; μάγερόρος pro μάγειρος <sup>40)</sup>; πέρράτα pro πείρατα, si recte Seidlerus Alc. 64 περράτων e περάτων emendavit; τέρρεων apud Alcaeam <sup>41)</sup>; χέρρες <sup>42)</sup>, unde χέρρας legitur Theocr. 28, 10 et χερρόμακτρα correximus S. 141, quanquam in Lampsaceno vulgata forma legitur χειροτονήσαι, χειροτονηθέν l. 37. 39.

9) His Aeolicae duplicationis exemplis comparatis apparet, nunquam, ubi quidem de origine vocum satis constat, duplicem liquidam non ortam esse assimilatione quadam alius cujusdam, quae vicina erat, consonantis. Et primum quidem  $\bar{\lambda}\lambda$  etc. nata sunt e  $\bar{\lambda}\sigma$  etc. (nr. 2), deinde  $\bar{\mu}\mu$  et  $\bar{\nu}\nu$  e  $\bar{\sigma}\mu$  et  $\bar{\sigma}\nu$  (3. 4), saepissime  $\bar{\nu}\nu$  et  $\bar{\rho}\rho$  e  $\bar{\nu}\sigma$  et  $\bar{\rho}\sigma$  (5. 6), raro  $\bar{\lambda}\lambda$  et  $\bar{\nu}\nu$  e  $\bar{\lambda}F$  et  $\bar{\nu}F$  (7). — Non potest duplicatio esse, ubi nulla consonans excidit. Igitur recte leguntur περικείμεναι Alc. 7 a radice κει, χείμων A. 10, ἀχείμαντοι A. 8. cf. hiems etc. Contra male Aeolica vocantur ab Heraclide πόθεμμι et φίλεμμι <sup>43)</sup> (unde

39) Choer. 194, 10; minus recte δέρρη scribitur in Et. M. 262 extr., 663, 46, Et. G. 136, 58, δέρη Ann. Ox. I, 114.

40) Ann. Villois. II. p. 167; contra Et. G. 376, 45. Φιλόξενος δὲ λέγει, ὅτι παρ' Αἰολεῦν ἡ γραφή διὰ τοῦ ἰ ἐστὶ μάγειρος (item in Et. Sorb. ap. Bast. ad Greg. 606, nisi quod aperta corruptela μάγοιρος scriptum est), et Theogn. Ann. Ox. II, 71, 20. μάγειρος· Αἰολεῖς δὲ διὰ τοῦ ἰ, quae fortasse mature corrupta sunt e δίχα τοῦ ἰ et μάγερός, quum grammatici constanter de diphthongo in hac voce praecipiant. vid. Theogn. l. l., Et. M. 28, 42 et 498, 15 etc.

41) Georgius ap. Eust. 1155, 40 de τείρα: ἐφανέρωσε δὲ τὸ ἰ Ἀλκαῖος εἰπὼν τερέων δίχα τοῦ ἰ, ubi Seidlerus recte τερρέων emendare videtur. cf. not. 4, 40.

42) Choer. 278, 7; Heracl. ap. Eust. 119, 34, Scholl. A. II. a, 353; in Et. G. 566, 40 male scribitur χέρρε, apud J. Gr. 244, b. χείρες, χέρρεσιν leg. χέρρες.

ἐλευθέρωμι pro δοκιμῶ, ἐλευθερόω. Tamen etiam *δίδοιμι* Aeolicum vocatur <sup>7)</sup>, et in Sapphus fr. 111, quod in antiquo papyro servatum est, *δοκίμοιμι* liber praebet. Quomodo satis antiquo tempore haec dubitatio oriri potuerit, ipse ille grammaticus indicat, 2 sing. *δίδοις* a *δίδοιμι* derivans. In Aeolica enim dialecto multae horum verborum formae diphthongum offerebant, ut 2. 3 sing. praes. *δίδοις*, *δίδοι*, 3 plur. *δίδοισι*, part. *δίδοις*, *δίδοισα*, unde proclivi errore eadem in prima persona inesse credebatur, cui certiora testimonia et verborum in  $\bar{\eta\mu}$  analogia  $\bar{\omega}$  vindicant. — Quae  $\bar{\alpha}$  in fine stirpis habent, a grammaticis magno consensu in  $\bar{\alpha\iota\mu}$  exire traduntur <sup>8)</sup>, ut *ἴσταιμι*, *κίχραιμι*, *γέλαιμι*, *πλάναιμι* pro *γελᾶω*, *πλανᾶω*. Nunc unicuique *φᾶμι* legitur Sapph. 81, et hanc terminationem  $\bar{\alpha\mu}$  analogia verborum in  $\bar{\eta\mu}$  et  $\bar{\omega\mu}$  postulat, neque alia comparare licet, in quibus  $\bar{\alpha\iota}$  apud Lesbios est pro vulgari  $\bar{\eta}$ , Dorico  $\bar{\alpha}$ , ut *ἴσταιμι* esset pro *ἴστημι*, *ἴσταμι*. vid. §. 15, 3. Igitur, quanquam iidem grammatici, qui recte de verbis in  $\bar{\eta\mu}$  et  $\bar{\omega\mu}$  praescribunt, de  $\bar{\alpha\iota}$  diphthongo affirmant, eundem tamen errorem agnoscimus, unde alii *δίδοιμι*, *δοκίμοιμι* finxerunt. Nam diphthongus etiam hic in iisdem formis erat, *ἴσταις*, *ἴσται*, *ἴσταισι* part. *ἴσταις*, *ἴσταισα*, unde facile grammatici de prima persona colligere poterant, ut apud eos juncta leguntur *γέλαιμι*, *γέλαις*, *γέλαι*. Errorem fortasse adjuvabat *πάλαιμι*, cujus

---

verbum in  $\bar{\omega\mu}$  exire docens addit: *νῦν γὰρ τοὺς Αἰολεῖς παραινοῦμεθα*, i. e. Aeolica verba in  $\bar{\omega\mu}$  nunc omittimus.

7) Scholl. A. II. τ, 270. *διδόισθα· οἱ μὲν βαρνονοῦσιν ὡς Αἰολικὸν ἀπὸ τοῦ δίδοιμι, δίδοις, δίδοισθα ὡς τίθηθα*.

8) Ann. Ox. IV, 341, 5. *παρὰ δὲ τοῖς Αἰολεῦσιν εὐρίσκονται διφθόγγω παραληγόμενα· οἷον ἴσταιμι, κίχραιμι, γέλαιμι διὰ τῆς  $\bar{\alpha\iota}$  διφθόγγου*, cf. Herod. H. Ad. 206, b. — Heraclid. ap. Eust. 1613, 22. *ὅσα τῶν εἰς  $\bar{\mu}$  τῇ  $\bar{\alpha\iota}$  διφθόγγω παραλέγονται, οἷον τὸ γέλαιμι καὶ τὰ λοιπὰ, τῆς Λεσβίων ἔχονται διαλέκτου*. — Herod. π. μ. λ. 23, 26. *Αἰολεῖς πάλαιμι καὶ γέλαιμι φασὶ καὶ πλάναιμι*. — De *γέλαιμι* cf. not. I. 9.

meminit Herodianus (not. 8), in quo, quia pro *παλαιῶ* positum est, diphthongus locum tuetur. Neque tamen nihil potest pro diphthongo disputari. Verba enim derivata in *εω*, *αω*, *οω* antiquitus iota consonans intermedium habuisse, ut Sanscrita denominativa exeunt in *ajami*, alio tempore probare studebimus; inde *ī* in *γέλαιμι*, *πλάναιμι*, *δοκίμοιμι* haesisse suspicari possis; neque tamen haec ratio cadit in *ἴσταιμι*, *δίδοιμι*, et adversatur verborum in *ἦμι*, diphthongum certius respicientium, analogia. Quare nolumus huic suspicioni aliquid tribuere.

5) In secunda persona plerumque vulgata terminatio *ς* reperitur, raro *θα* additur. vid. §. 24, 2. Tertiam personam apud Aeoles non in *σι* exisse, sed secundae *ς* abjecto formatam esse, grammatici<sup>9)</sup> docent. Non plane tamen Aeoles plenior formam ignorasse, docet *ἦσι* apud Sapph. 48 pro Alcmanico *ἦτι*. Male autem Heraclid. ap. Eust. 1613, 28 *φάτι* Aeolicum dicit pro *φησι*.

Difficilior est quaestio de vocalium mutatione. Res maxime patet in iis verbis, quorum stirps in *ā* exit; grammatici enim non solum Aeolica *γέλαις* et *γέλαι* tradunt, sed etiam diserte monent, in his iota non esse subscriptum, sed genuinam diphthongum efficere<sup>10)</sup>.

9) Ann. Ox. IV, 352, 14. οἱ Αἰολεῖς ἀποβολῆ τοῦ ὀ ἐπὶ τούτων τὰ τρίτα ποιοῦσιν· οἶον τίθης τίθη, ἴσθης ἴσθη, δίδως δίδω, ζεύγνως ζεύγνω, quae repetuntur fere p. 353, 26; exempla ceterum non sunt vere Aeolica. — Ibid. 340, 28. τὰ Αἰολικὰ ἀποβολῆ τοῦ ὀ ποιοῦσι τὰ τρίτα, οἶον γέλαιμι, γέλαις, γέλαι. — Herod. H. Ad. 206, b. οἱ Αἰολεῖς τῶν δευτέρων προσώπων τὸ ὀ ἀποβάλλοντες ποιοῦσι τὰ τρίτα· οἶον γέλαις, γέλαι. — Theodos. Bekk. 1045. Αἰολεῖς ὁμοίως τοῖς εἰς ὦ καὶ τὰ εἰς *μι* κλίνουσι, γέλαιμι, γέλαις, γέλαι λέγοντες.

10) J. Gr. 244, a. τῆς δευτέρας συζυγίας τῶν περισηπόμενων τὸ ἰ ἐπὶ δευτέρου καὶ τρίτου προσώπου ἀνεκφώνητον ὃν παρὰ τοῖς ἄλλοις διαλεκτοῖς ἐκφωνεῖται· οἶον βοᾷς, βοᾷ; similiter Greg. C. 590, Meerm. 661, Aug. 671, Vat. 690, ubi leguntur γελᾷς, γελᾷ et νικᾷς, νικᾷ. At ἐκφωνεῖσθαι et ἀνεκφώνητον eum, quem diximus, sensum habere et male in exemplis diaereseos signa appingi docent Nevius ad Sapph. p. 31 et Giesius p. 212.

Inde apud Sapph. 1, 19  $\lambda\alpha\tilde{\iota}\varsigma$  e Seidleri conjectura dedimus pro  $\mu\alpha\iota\varsigma$ , i. e. Dorice  $\lambda\tilde{\eta}\varsigma$ , deinde fr. 93  $\delta\pi\tau\alpha\iota\varsigma$  pro  $\delta\pi\tau\tilde{\alpha}\varsigma$  et pro  $\delta\acute{\alpha}\mu\eta\eta\sigma\iota$  Alc. 72, quod alii metri causa in  $\delta\acute{\alpha}\mu\eta$  correxerant,  $\delta\acute{\alpha}\mu\eta\alpha\iota$ . — Nam grammatici (not. 9) exempla  $\tilde{\iota}\sigma\tau\eta\varsigma$ ,  $\tilde{\iota}\sigma\tau\eta$  nullam auctoritatem habent.

Non minus a verbis in  $\bar{\omega}\mu\iota$  Aeolicum traditur  $\delta\acute{\iota}\delta\omega\iota\varsigma$ <sup>17</sup>), leguntur  $\chi\alpha\acute{\iota}\nu\omega\iota\varsigma$  Alc. 42,  $\sigma\tau\epsilon\phi\acute{\alpha}\nu\omega\iota$  in Cum. 32. 47, Lamps. 18. 23. — Male se habent grammatici  $\delta\acute{\iota}\delta\omega\varsigma$ ,  $\delta\acute{\iota}\delta\omega$ <sup>9</sup>).

Verborum in  $\bar{\eta}\mu\iota$ , si eandem analogiam servant, secunda et tertia persona in  $\bar{\omega}\epsilon\epsilon$  et  $\bar{\epsilon}\tilde{\iota}$  exeunt, neque aliter tertia legi solet, ut  $\phi\acute{\iota}\lambda\epsilon\iota$  S. 1, 22,  $\tilde{\alpha}\gamma\gamma\epsilon\iota$  S. 2, 14 etc., nisi quod libri circumflexum praebent. Adversatur tamen Apollonius, secundam personam unquam apud Aeoles  $\bar{\epsilon}\tilde{\iota}$  habere negans, et in libris sunt  $\phi\acute{\iota}\lambda\eta\sigma\theta\alpha$  S. 89,  $\mu\alpha\tau\tilde{\eta}\varsigma$  Theocr. 29, 15 et  $\phi\omega\rho\tilde{\eta}$  ibid. v. 29 in uno codice pro  $\phi\omega\rho\tilde{\epsilon}\tilde{\iota}$ ; nam grammaticorum  $\tau\acute{\iota}\theta\eta\varsigma$ ,  $\tau\acute{\iota}\theta\eta$ <sup>9</sup>) et  $\omega\tilde{\iota}\delta\eta\varsigma$  ab  $\omega\tilde{\iota}\delta\eta\mu\iota$ <sup>4</sup>) non multum auctoritatis habent<sup>11</sup>). At Apollonium non recte de secunda verborum in  $\bar{\omega}$  persona iudicasse, supra demonstrare studuimus (§. 14, 4), neque hic  $\bar{\eta}$  pro  $\bar{\epsilon}\tilde{\iota}$  verius Aeolicum iudicari, analogia docet. Nam  $\tau\acute{\iota}\theta\epsilon\iota\varsigma$ ,  $\tilde{\iota}\sigma\tau\alpha\iota\varsigma$ ,  $\delta\acute{\iota}\delta\omega\iota\varsigma$  ex antiquissimis formis  $\tau\acute{\iota}\theta\eta\sigma\iota$ ,  $\tilde{\iota}\sigma\tau\alpha\sigma\iota$ ,  $\delta\acute{\iota}\delta\omega\sigma\iota$  iota transposito nata sunt, neque minus  $\tau\acute{\iota}\theta\epsilon\iota$ ,  $\tilde{\iota}\sigma\tau\alpha\iota$ ,  $\delta\acute{\iota}\delta\omega\iota$  ex antiquissimis  $\tau\acute{\iota}\theta\eta\tau\epsilon\iota$ ,  $\tilde{\iota}\sigma\tau\alpha\tau\epsilon\iota$ ,  $\delta\acute{\iota}\delta\omega\tau\epsilon\iota$ , nisi quod haec  $\bar{\tau}$  finale abjecerunt. vid. quae advocavimus §. 14, 4. Quare non dubitavimus  $\phi\acute{\iota}\lambda\epsilon\iota\sigma\theta\alpha$  restituere.

6) In duali Aeolicum dicitur  $\pi\omega\acute{\iota}\eta\tau\omega\upsilon$ <sup>12</sup>), iusta forma, quanquam Aeolibus dualis abjudicatur. — Tertiae pluralis terminationem  $\bar{\omega}\iota$  ex  $\bar{\nu}\omega\iota$  natam esse supra docuimus (§. 10, 5), cujus exempla sunt  $\tilde{\iota}\epsilon\iota\sigma\iota$  S. 9,  $\epsilon\pi\acute{\iota}\rho\acute{\omicron}\mu\beta\epsilon\iota\sigma\iota$  S. 2 v. 11 (a  $\rho\acute{\omicron}\mu\beta\eta\mu\iota$  pro  $\rho\omicron\mu\beta\acute{\epsilon}\omega$ ),  $\phi\alpha\acute{\iota}\sigma\iota$ ,  $\delta\acute{\iota}\psi\alpha\iota$

11)  $\chi\epsilon\tilde{\eta}$ , quod legitur Alc. 4. 29, S. 33, non esse ab origine verbum, sed nomen, docuimus in diss. de conj. in  $\bar{\mu}$  p. 17.

12) Et. M. 23, 12.  $\pi\alpha\rho\acute{\alpha}$   $\text{A}\iota\omicron\lambda\epsilon\tilde{\iota}\omega\upsilon\sigma\iota\omega\upsilon$   $\tilde{\alpha}\eta\tau\omega\upsilon$  (Hom. II.  $\epsilon$ , 5)  $\acute{\omega}\epsilon$   $\pi\omega\acute{\iota}\eta\tau\omega\upsilon$ .

σι, A. 26 a *δίψαμι* pro *διψάω*, *χόλαισι* A. 10 a *χόλαμι* pro *χαλάω*. Neque dubium est, quin a *δίδομι* descendere *δίδοισι*.

7) **Conjunctivi** pauca exempla servata sunt. Legitur *θέω* Sapph. 72 et 110<sup>13</sup>), cum quo conspirat *συντελέη* in Cum. 30. Contracta forma est in Lamps. 35. 36 *ἀναγραφῆ* et *ἀνατεθῆ*. Restituimus *φῆ* Alc. 66 pro *φοῖ* (ubi, quod alii voluerunt *φῆ*, debebat *φαῖ* esse); nam ne *φᾶ* exspectes, conferas Doricum *ἐπιβῆ* in tabulis Heraclensibus.

**Optativi** ab Heraclide hae formae traduntur: *φιλίην*, *νοείην* (Eust. 1756, 10) et *φιλείη*, *φρονείη* (ibid. 1787, 42); legitur *θεῖμεν* Sapph. 43.

8) **Imperativi** 2 pers. sing. plenior formam servavit in *σᾶθι* S. 28 et fortasse *σύμπωθι*<sup>15</sup>); plerumque *θῖ* mittebatur testibus grammaticis<sup>14</sup>), qui Aeolica vocant *κέντη*, *ῖστα*, *πῶ*, hoc e poëta (Alc. 105) afferentes, ut fortasse *μύρω* et *δίδω*<sup>15</sup>). Praeterea leguntur *κίνη* S.

13) Et. M. 449, 32. *θειόμεν* derivat a *θῶ*, *θῆω* καὶ παρὰ Σαπφοῦ· ὅτινας γὰρ ἐν *θῆω* etc. (S. 72); minus accurate Scholl. L. II. π, 437. *θειώ*, *θῆσω* Αἰολικῶς.

14) Tzetz. ad Hes. Opp. 664 de Aeolica dialecto: καὶ ἡ γραφέται τὸ κέντη καὶ τὰ ὅμοια προστακτικά; item Et. Leid. ap. Gaisf.

τρη  
ad h. l., nisi quod *κέντη* scriptum est. — Et. G. 283, 40. οἱ Αἰολεῖς μιμοῦνται τὰ εἰς ῶ καὶ ποιοῦσιν ἀπὸ τοῦ ῖστω τὸ προστακτικὸν ῖστα καὶ ῖστη; Et. M. 348, 9 de *ἔξει* pro *ἔξιθι*: οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ εἰς μι σχήματος Αἰολικὸν καὶ Ἀττικὸν· οἶον ῖστη ἀπὸ τοῦ ῖσταθι καὶ ἐμπλήθη ἀντὶ τοῦ ἐμπίπλαθι, in quibus *ῆ* pro *ᾶ* non est Aeolicum.

15) Et. M. 698, 51 de *πῶ* — ἐστὶ δὲ καὶ ῥῆμα παρὰ Αἰολεῦσιν· οἶον χαῖρε καὶ πῶ: — ὅπερ λέγεται ἐν ἑτέρῳ *σύμπωθι*, τρίτη συζυγίας ἐστὶν, ὡς *μυρῶ*, *δίδω*, *πῶ*· ὅταν γένηται *πῶθι*, ἐπαύξησθαι ἐστὶν ὡς *ζῆθι* καὶ *ζῶθι*. In his *σύμπωθι* ex alio ejusdem poëtae (Alcaei) carmine petitum videtur; deinde *μύρω* et *δίδω* scribendum est, ut sint imperativi, quos in eodem carmine lectos fuisse suspicamus, in quo erat *χαῖρε καὶ πῶ*. Nam si grammaticus hoc voluisset, imperativum *πῶ* descendere a verbo *πῶ* (pro *πόω*), ut *μυρῶ*, *δίδω*, elegisset exempla tertiae contractorum conjugationis vulgo



42, quod e duplici lectione *κίνει* et *κενή* composuimus, *ὑμάρτη* Theocr. 28, 4, *αλλη* Th. 29, 20, *δάμνα* S. 1, 7.

Deinde *ᾠδήτω* e libro restituimus Alc. 33; denique *κατάγρευτον* in Lesb. 2166, 10 est tertia pluralis. vid. §. 24, 7.

9) Infinitivus stirpium unius syllabae in  $\bar{\mu}\alpha\sigma$  exit, ut *ὀνθέμεναι* Cum. 53, *ἀπυθόμεν(α)ι* Lesb. 2166, 40 (ubi pro  $\bar{\alpha}$  est lacuna). cf. *ἔμμεναι* nr. 14.

Stirpes plurium syllabarum in  $\bar{\nu}$  exeunt. Leguntur ab aoristis passivi in Cum. 8. 34 *ὀντέθην*, 19 *γενήθην*, 46 *στεφανώθην*, 48 *εἰσενέχθην*, 51 *ἐντάφην*, Alc. 28 *μεθύσθην*, quod etiam fr. 12 e conjectura pro *μεθύσκειν* repositum est, *ὀμνάσθην* Theocr. 29, 26 pro *ἀναμνησθῆναι*. Non minus verborum, vulgo contractorum, in  $\bar{\eta}\mu$  infinitivus testibus grammaticis in  $\bar{\eta}\nu$  exit *βαρυντόνως* <sup>16)</sup> et leguntur in Cum. 25. 29 *ἐπαινῆν*, *κάλῆν*, Alc. 10. 11 *ἀσυνέτην*, *ἄκλῆν*, Sapph. 14 *προτέρῆν*, unde *ξυνοῖκῆν* pro *ξυνοικεῖν* S. 27 correctum est. — Non aliter a verbis in  $\bar{\alpha}\mu$  descendunt *νίκαν* Alc. 86, *συνεραῖν* Theocr. 29, 32 (rectius *συνέραν*), a verbis in  $\bar{\omega}\mu$  *κατείρων* (pro *καθιεροῦν*) et *στεφάνων* Cum. 6. 29, denique *διδῶν* (potius *δίδων*) Theocr. 29, 9. — Male grammatici de dialectis partici-  
*πια γέλαις*, *ὑποῖς* pro infinitivis venditant <sup>17)</sup>.

adhibita, ut *χρυσῶ*, *ὄρθῶ*; desideraretur praeterea Aeolicae formae *πῶ* pro *ποῦ* explicatio.

16) J. Gr. 245, a, Greg. C. 619, Meerm. 663. *τὰ εἰς εἰν καταλέγοντα ἀπαρέμματα αὐτοὶ διὰ τοῦ ἡν ἐκφέρουσι βαρυντοῦντες, οἷον φιλεῖν φίλην, καλεῖν κάλην* (J. Gr. *φίλην*, *κάλῆν*).

17) Heraclid. ap. Eust. 1756, 12. (*Αἰολεῖς*) *τὰς μετοχὰς αὐτῶν εἰς εἰς προφέρουσι, φιλεῖς καὶ νόεῖς λέγοντες ἀντὶ τοῦ φιλῶν καὶ νοῶν. Id. ibid. 1787, 40 de φιλεῖς et φρόνεῖς. Et. M. 20, 25. οἱ Αἰολεῖς τὴν αἰὼν μετοχὴν καθὰ ποιῶν καὶ φιλῶν αἰεὶ λέγουσιν ὡς φιλεῖς καὶ ποιεῖς· καὶ ἡ εὐθεῖα τῶν πληθυντικῶν αἰέντες, ἡ γενικὴ αἰέντων ὡς ποιέων· οὕτω Φίλων εἰς τὰ ῥηματικά αὐτοῦ. — Ann. Ox. I, 327, 4. τὸ ὄρῳ δευτέρας μὲν ὡς πρόδηλον ἀλλὰ καὶ πρώτης ὡς δῆλον ἐκ τῆς Αἰολίδος διαλέκτου, ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ οἰκῶ ἡ μετοχὴ· καὶ τίς ἐπ' ἐσχατιαῖσιν οἰκεῖς· οὕτω ἀπὸ τοῦ ὄρῳ· ἀλλ' ᾧ πάντ' ἐφορεῖς Ἄλια. — De*

10) Participium verborum in  $\overline{\eta\mu\iota}$  a vulgata forma (accentu excepto) non discedit, ut *τίθεις* Alc. 27. Eam rationem etiam verba vulgo contracta sequuntur testibus grammaticis <sup>17)</sup>, qui Aeolica dicunt *φίλεις*, *νόεις*, *φρόνεις*, *ποίηις*, e poetis Aeolicis afferunt *οἴκεις* A. 58, *εφόρεις* A. 70, *μέδεις* A. 2; idem legitur e conj. pro *μεδέεις* A. 40, neque minus *όρεις* in Pittaci epistola, *φόρεις* a S. 45 e duplici lectione *φέρων* et *φέρεις* excussimus; deinde sunt in Cum. 13 *στοίχεις* et *προσμέτρεις*. — In genitivo *φίλεις* sonasse *φίληντος*, consentaneum est, et testatur Philo de Aeolico *ποιέντων* <sup>17)</sup>; Aeolica praeterea videtur Hesychii glossa *ἀπαλέντες*, *ἀμελοῦντες* (cf. *ἀπαλείν*, *ἀμελεῖν*) ab *ἀπάλημι* pro *ἀπαλέω* ab Aeolico *ἄπαλος*. Nunc tamen in poetarum reliquiis libri nusquam genuinam formam servarunt. Apud Sapph. 1, 11 plurimi libri *διωήντες* tenent, alii *δινεῦντες*, *δινωήντες*. Illud satis antiquum videtur et iis, nisi fallor, grammaticis debetur, qui  $\overline{\eta}$  non correptum in his verbis Aeolibus proprium putabant. vid. nr. 12. At non minus apud Aeoles quam apud reliquos Graecos longas vocales in his formis corripi (cf. diss. de conj. in  $\overline{\mu\iota}$  p. 10) et exempla supra allata indicant et imperativus *κατάγρενον* a *κατάγρημι* (§. 24, 7) in Lesb. 2166, 10; unde haud cunctanter *δίνεντες* restituimus. Deinde contracta forma *μοχθεῦντες* apud Alcaeum 10 in Heraclidis libris est, ubi Cocondrius *μογέοντες* habet; deinde *μαρτυρεῦντας* Alc. 95 ex Et. M.; denique Alc. 5 *ἐπαινέοντες* (quatuor syllabarum) et in Aristotelis et in Plutarchi libris legitur. At reputantibus nobis, quam facile obscuriores formae *μόχθεντες*, *ἐπαινεντες* in notiores *μοχθεῦντες*, *ἐπαινέοντες* abire potuerint, dum nunquam, quia hoc aegre

*μέδεις* vid. Apoll. de synt. p. 92 (not. 1). — Addimus hic Et. M. 377, 19. *ἐρρέντι παρὰ Ἀλκαίῃ ἀπὸ τοῦ ἐρρῶ ἢ ἐρρῶ περιπωμένον· ἢ μεταχθὴ ἐρρῆις ἐρρῆντος· καὶ ὡς παρὰ τὸ ἐθίλοντος ἐθιλοντι, οὕτως καὶ παρὰ τὸ ἐρρῆντος ἐρρῆντι.* Derivatio ab *ἐρρέω* vera videtur, quam formam praesentis indicat etiam futurum *ἐρρήσω*, quamquam nunc ignoratur.

fiabat, οἰκῶν pro οἰκεις etc. scriptum legitur, et quum incerta omnino sit vocalium  $\bar{\epsilon}\bar{\upsilon}$  Aeolica in  $\bar{\epsilon}\bar{\upsilon}$  contractio (§. 17), apparet omnes illas formas contra ceterorum analogiam pugnantes damnandas esse. Theocritea φιλεῦντα, καλεῦντος minus licet tentare.

Femininum sicut δάμεισα S. 28 a δάμεις etc., ita a φίλεις esse debet φίλεια. Et recte Sapph. 76 e bonis libris legitur μάτεισαι a μάτμηι, ματέω, ubi plerique μάτοισαι habent; item recte Nevius S. 2, 3 e meliorum librorum corrupta lectione φων. σαῖς (all. φωνουσαῖς) φωνείσας scripsisse videtur et S. 5 οἰνοχόεισα pro vulgato οἰνοχοοῦσα. Fortasse etiam apud Theocr. 28, 3 pro θαρσεῦσ' (cod. Vat. θάρσοισ') antiquitus erat θάρσεισ'.

A stirpibus in  $\bar{\alpha}$  exeuntibus recte derivantur κίρραις A. 27. 33, et γέλαισας, S. 2, 5, quod e corrupta librorum lectione γέλαις bene restituerunt; denique a stirpe in  $\bar{o}$  δοῖσαι S. 70. vid. §. 10, 2. 3.

Praeterea de participiis verborum vulgo contractorum apud Aeoles in  $\bar{\epsilon}\bar{\iota}\bar{\varsigma}$ ,  $\bar{\alpha}\bar{\iota}\bar{\varsigma}$ ,  $\bar{o}\bar{\iota}\bar{\varsigma}$  exeuntibus, ut φίλεις, γέλαις, ὄρθοις testimonia leguntur apud grammaticos de dialectis, ita tamen corrupta, ut infinitivi pro participiis nominentur <sup>18)</sup>.

18) J. Gr. 245, a. τὰ δὲ ἀπαρέμματα ῥήματα ποιῶσιν ἀπὸ τῶν εἰς  $\bar{\omega}\bar{\nu}$  ληγόντων μετοχῶν· τὰ καταλήγοντα εἰς  $\bar{\epsilon}\bar{\iota}\bar{\nu}$  αὐτοὶ εἰς  $\bar{\epsilon}\bar{\iota}\bar{\varsigma}$  μεταβάλλουσι· νοῶν νοεῖν νόεισι· φρονῶν φρονεῖν φρόνεισι· καλῶν καλεῖν κάλεις, ὅταν δὲ ἀπαρέμματα παρ' ἡμῶν λήγη εἰς  $\bar{\alpha}\bar{\nu}$ , αὐτοὶ εἰς  $\bar{\alpha}\bar{\iota}\bar{\varsigma}$  μεταβάλλουσι· γελᾶν γέλαις, πεινᾶν πειναις. Τὰ δὲ εἰς  $\bar{\omega}\bar{\nu}$  καταλήγοντα ἀπαρέμματα αὐτοὶ διὰ τῆς οἰς ἐκφέρονται· ὀρθοῦν ὄρθοις, γυφοῦν γύφοις, χρυσοῦν χρυσοῖς. Ταῦτα δὲ πάντα βαρυντόνως προφέρονται. — Prioribus omissis neque minus ultimis de accentu, reliqua fere eadem leguntur in Meerm. 664 cum exemplis γελᾶις, ὕφοις, et in Greg. Cor. 619, ubi exempla scribuntur γελᾶις, πεινᾶις, ὕφοις, ὀρθοῖς, χρυσοῖς. — Veram horum testimoniorum rationem primus perspexit Nevius ad Sapph. p. 31. Corruptela maxime patet in Joanne Grammatico, qui antea recte monet de infinitivis φίλην, κάλην (vid. not. 16), qua inconstantia intellecta reliqui, quae de in-

11) Praeteriti paucae formae servatae sunt. A verbis vulgo contractis Aeolica vocantur ἐφίλην, ἐνόην et ἐφίλη, ἐνόη<sup>19</sup>). Inde ἐστεφανηπλόκην pro vulgata forma reposuimus S. 112; leguntur praeterea ἐκύκα S. 26, σάως A. 92 et e nostra emendatione δικαίως S. 26 (pro δικαίω). In 3 plur. saepe brevior forma, ut ἔβαν, Aeolica vocatur, cujus quum apud Aeoles Asianos nullum exemplum reperiatur, contra ἐστάθησαν S. 25, ἦσαν et ἔσσαν S. 82, A. 71 longiorem terminationem servent, Boeotica dialectus intelligenda videtur, cui brevior forma alibi diserte adscribitur. vid. §. 46, 4.

12) In subjectivo Aeoles nihil singulare habent, nisi quod verba contracta etiam hic verborum in  $\bar{\mu}$  rationem sequuntur, longam, ut decet, vocalem ubique servantia. Exempla grammatici afferunt ποιῆμαι et νόημαι, πώληται, ἐκαλήμην et ἐνοήμην (rectius -μαν), καλήμενος,

finitivis in  $\bar{\epsilon}\epsilon$  Joannes habet, omiserunt. Antiquus vero grammaticus, unde haec omnia manarunt, ita, quod Nevius ex aperta apud Joannem confusione bene intellexit, participiorum formas descripserat, ut diceret, participia in  $\bar{\omega}\bar{\nu}$ , si vulgo infinitivus esset in  $\bar{\epsilon}\bar{\nu}$ , apud Aeoles in  $\bar{\epsilon}\epsilon$  exire, si infinitivus in  $\bar{\alpha}\bar{\nu}$ , participium in  $\bar{\alpha}\bar{\epsilon}$ , si ille in  $\bar{\sigma}\bar{\nu}$ , hoc in  $\bar{\sigma}\bar{\epsilon}$ , quam sententiam faciliore quam Nevius emendatione restituimus, primis Joannis verbis in hunc modum mutatis: τὰς δὲ εἰς  $\bar{\omega}\bar{\nu}$  ληγούσας μετοχὰς ἀπὸ τῶν ἀπαρεμφάτων ἡμάτων ποιοῦσι· τὰ καταλήγοντα etc.

19) Heraclid. ap. Eust. 1408, 3. φιλω ἐφίλην, νοῶ ἐνόην καὶ τὰ ὅμοια Αἰολικά. Et. M. 23, 4. Αἰολεῖς ἐφίλη διὰ τοῦ ἦ — καὶ κατ' Αἰολεῖς ἄη. — Auct. π. ὅμ. δ. 47, 8. καὶ ἐπὶ τοῦ παρατατικοῦ χρόνου τὰ τρίτα πρόσωπα λήγοντα παρὰ τοῖς ἄλλοις εἰς τὴν εἰ δίφθογγον διὰ τοῦ ἦ παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν ἐκφέρεται, ὡς ἐπὶ τοῦ ἐφίλη, ἐνόη.

20) Methodius in Et. M. 56, 50. ἀλαλύκτημαι derivat ab ἀλυκτῶ, οὐ παράγωγον εἰς  $\bar{\mu}$  ἀλύκτημι· οὐ παθητικὸν Αἰολικῶς ἀλύκτημαι· ἐκείνοι γὰρ οὕτω ποιῆμαι καὶ νόημαι λέγουσι — ἐπεὶ ὁ ποιητὴς πολλάκις Αἰολικοῖς χρῆται καὶ μάλιστα ἀκαχήμενος καὶ ἀκάχμενος. Item in Ann. Ox. I, 77, 14, nisi quod male νόσημαι pro νόημαι, deinde ἀνήμενος pro ἀκάχμενος; utrumque corruptum est; restituere licet ἀλαλήμενος, quod maxime placet, aut ἀήμενος aut ὀνήμενος. —

νοήμενος, φοβήμενος, denique φίλησθαι 21). — Nunc ejusmodi leguntur φορήμεθα A. 10, αἰτήμεθα Theocr. 28, ὅ (yulgo αἰτεύμεθα), imperativus ἄρησο S. 27 ex emendatione nostra (libri ἄρησον), ποτήμενα Theocr. 29, 30, unde etiam πότη S. 20 e πότηαι contractum videtur. Contractam formam libri tuentur in ὠρχεῦντο S. 73, ubi non minus ὠρχηντο restituendum videtur. In titulo Lesbio 2166, 20 ἀμφισβατημένων participium praesentis habemus et l. 30 potius (ὁ)μολογήμενα i. e. ὁμολογούμενα quam cum Boeckhio ὠμολογημένα suppleto restituimus.

A stirpibus in  $\bar{\alpha}$  haec leguntur: ἀσάμενοι A. 28, μυνάμενος A. 69, ἔραται indic. S. 101, ἄρασο S. 50, quae vera lectio e codicum varietate erui videtur, unde ipsi S. 46 e conjectura ἄραντο scripsimus pro ἀράσαντο. — Stirpium in  $\bar{\omega}$  nulla forma legitur.

13) Verba vulgo contracta apud Lesbios semper fere verborum in  $\bar{\mu}$  flexionem assumere, satis docent, quae attulimus. Juvat tamen, ut quaevis dubitatio evanescat, omnia paucis nunc repetere. Primum plurima sunt, in quibus certissima ea ratio Aeolibus propria valet, ut in prima persona φίλημι, δοκίμωμι etc., in secunda et tertia γέλαις, γέλαι, in tertia pluralis ῥόμβεισι,

Ann. Ox. I, 362, 25. τὸ Ἰωνικὸν πωλεῖται, τὸ Αἰολικὸν πωλῆται. — Heraclid. ap. Eust. 1432, 3. Αἰολικῶς γὰρ τὴν ὠν δίφθογγον παρατέλειτον οὖσαν ἐν τοῖς τοιοῦτοις εἰς ἡ μετατιθέασιν, οἱ καὶ τὸ ἐκαλούμενη καὶ ἐνοούμενη καὶ ὅσα ὅμοια τῆς πρώτης συζυγίας τῶν περισπωμένων ἐκαλήμενη καὶ ἐνοήμενη λέγουσι καὶ ἐπὶ μετοχῶν καλήμενος καὶ νοήμενος. — Et. M. 182, 48. ἄχρους καὶ τροπῆ Αἰολικῆ τῆς ὠν δίφθογγου εἰς τὸ ἡ, ὥσπερ τὸ φοβούμενος φοβήμενος γίνεται ἀχρῆς. — Scholl. II. ζ, 268 de accentu loquens: τὰ γὰρ τοιαῦτα διζήσθαι, φίλησθαι ὑποφαίνει Αἰολικὸν χαρακτῆρα.

21) Grammatici, quaecumque verba in  $\bar{\mu}$  apud Homerum ἡ servant, ex Aeolica dialecto derivare solent, ut ἀλάλημαι, ἀνάχημαι, διζήμεαι, ὀνήμενος, adeo τιθήμενος, vid. praeter ea, quae in not. 20 attulimus, Scholl. II. ε, 24, τ, 335, Od. μ, 284, Et. M. 45, 51—56, 23; Ann. Ox. I, 87, 30. (ἄητον) τροπῆ τοῦ ἔ εἰς ἡ Αἰολικῶς ὡς τὸ διζήμενος διζήμενος καὶ τιθήμενος τιθήμενος.

δίψαισι, in imperativo *κατάγρευτον*, in participiis *οἴκεις* etc., in subjectivi formis *φορήμεθα*, *ποτήμενος* etc. — Contra paucissima sunt, quae haud dubie verborum in  $\bar{a}$  flexionem tenent, nec si accurate quaerimus plura, quam *ποτέονται* A. 35 et quae peculiari Aeolum more  $\eta$  pro  $\bar{e}$  habent, *ποθήω*, *ἀδικήεις*, vid. §. 25, 5; de aliis formis non contractis vid. l. l. Formae contractae aut ita in libris reperiuntur, ut meliores veriora teneant, ut S. 2 v. 11 *βομβεῦσιν* pro *ρόμβεισι*, S. 1 v. 11 *δινεῦντες*, Theocr. 28, 5 *αἰτεῦμεθα*, aut facillimis [mutationibus] emendari possunt, ut *μοχθεῦντες*, *ἐπαινεόντες*, vulgare *οἰνοχοῦσα* in *μόχθεντες*, *ἐπαινεντες*, *οἰνοχόεσσα* (nr. 10), *ᾠρχεῦντο* S. 73 in *ᾠρχηντο*. Quae collata et emendationes subinde tentatas satis excusant et docent eas formas, quae (accentu neglecto) etiam contractione natae esse possint, ut *φιλεῖ*, *χαυνοῖς*, *κίνη*, *καλῆν*, *νικᾶν*, *στεφανῶν*, *ἐφίλη*, *ἐκύκα*, *ἀσάμενος* etc., potius ad conjugationem in  $\bar{m}$  cum reliquis referenda esse.

14) Verbi substantivi hae formae traduntur: Praes. *ἔμμι* (§. 8, 3), *ἔστι*, ut vulgo; de 3 plur. *ἐντί*, quam Heraclides Aeolicam dicit, vid. §. 46. — Imperativus subjectiva forma utitur in *ἔσσο* S. 1, 28. Inf. *ἔμμεναι* (§. 8, 3), quae forma metro postulante etiam S. 78 pro *εἶναι* restituta est; nec minus antiquam lectionem *ἔμμεν* ᾠνηρ S. 2, 2 revocavimus pro *ἔμμεν*, quia nunquam infinitivus in  $\bar{m}$  exit. — Participii masculinum semper sonat *ἔων*, *ἔοντος*, ut saepe in Lesb. 2166, Cumaeo et Lampsaceno legitur, praeterea Sapph. 27. Femininum *εὔσα* e libris legitur S. 27 (olim *οὔσα*) et Theocr. 28, 16 (cod. Par. *ἔσαν*, Mediol. *εἰσαν*). Quae forma non minus nobis suspecta est, quam *θαρσεῦσα* et similia. Si qua fides est Heraclidi 22) habenda, Aeoli-

22) Heraclid. ap. Eust. 1797, 45, postquam de Aeolicis optativis *φιλεῖη*, *φρονεῖη* et participiis *φιλεῖς*, *φρόνεις* dixit: *μήποτε οὖν καὶ τὸ εἶη ῥῆμα Αἰολικόν ἐστὶν ἀπὸ τῆς εἰς μετοχῆς, ἧς κλίσις παρὰ τοῖς ποιηταῖς εἰπὼν φυλάττεσθαι παράγει χρῆσιν ἐξ Ἀλκμᾶνος τὸ ἔστι*

cam dicenti participii formam εἰς, ἔντος, quanquam solum Alcmanem auctorem habet, femininum εἶσα analogiam servaret. Res tamen nimis est incerta. Praeteriti 1 sing. ἔον apud Alcaeam legebatur teste Heraclide ap. Eust. 1759, 28; 2 sing. ἦσθα Theocr. 28, 17; 3 sing. ἦν S. 57 et olim 1 v. 15. 16; 3 pl. ἦσαν S. 82 et ἔσσαν A. 71. — De futuro ἔσομαι vid. §. 9, 1.

15) Ex aliis irregularibus verborum in  $\bar{\mu}$  formis commemoramus κέαι Alc. 73, Theocr. 29, 3 (pro κείνται), deinde formam, quam vulgo syncope explicant, χύτο S. 39, cf. §. 19, 1.

§. 27.

De perfecto et aoristo I.

1) Reduplicationem in perfecto Aeoles saepius quam reliqui Graeci iis stirpibus, quae  $\bar{\pi}$  vel  $\bar{\pi}$  in fronte habent, addidisse videntur, quum Sappho fr. 30 dixerit πεπετέρυγμαι, et κέκτημαι quoque atque πέπταμαι ex Aeolica dialecto repetantur<sup>1)</sup>. — Alia ratione reduplicatio apud Aeoles apparet in μέμορθαι pro εἴμαρθαι, vid. §. 3 not. 25, quae forma non ignoratur a recentioribus poetis, cf. Buttm. *Ausf. Gr.* ed. II. p. 241. — Omissio reduplicationis, ut βλήσθαι, vix recte πάθος Αἰολικὸν vocatur a Tryphone παθ. λεξ. §. 21.

2) Objectivi indicativi flexio, quantum intelligere licet, non differt a vulgata ratione, ut πέπονθα S. 1, 15, σύννοια S. 102 etc. — De οἶδημι pro οἶδα vid. §. 26, 3.

---

παρέντων μνᾶστιν ἐπιθέσθαι, οὐ κατ' ἔξαρον τοῦ ὀ ἀπὸ τοῦ παρεόντων, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ εἰς ἔντος Αἰολικοῦ. cf. p. 1756, 14.

1) Et. M. 662, 32 (cf. Ms. Reg. ap. Koen. ad Greg. 638 et Zonar. s. v. πέπταμαι) ex Herodiano περι παθῶν: πέπταμαι Αἰολικῶς· οἱ γὰρ Αἰολεῖς εἰώθασι προστιθέναι σύμφωνον, ὥσπερ τὸ ἐπετερύγμαι πεπετέρυγμαι. — Id. 501, 27. κέκτημαι λέγει ὁ Ἡρωδιανὸς ὅτι κατὰ πλεονασμὸν τοῦ  $\bar{\pi}$  Αἰολικῶς.

Infinītivus in  $\bar{\eta}$  exit, ut *ἐπιτεθειωρήκην* Cam. 17, *τεθνάκην* S. 2 v. 15, quod e *τεθνακέμεναι* natum videtur, ut *φάρην* e *φερέμεναι* etc. (§. 14, 1).

Participium grammatici in  $\bar{\omega}$ n, gen.  $\bar{\omega}$ ntos exisse tradunt<sup>2)</sup>, ut *νενοήκων*. Et Alcaeus singulari omnino forma *πεφύγγων* pro *πεφευγῶς* dixisse refertur<sup>3)</sup>, neque minus *πεπληρώκοντα* est in recentiore titulo Lesbio 2189. De  $\bar{\pi}$  omissio, quae ratio, quum Aeolica vocetur, Boeotica esse videtur, vid. §. 46, 5.

In perfecto subjectivi  $\bar{o}$  interdum pro  $\bar{a}$  positum, ut *ἔφθορθαι*, vidimus §. 12, 2; Aeolicum praeterea vocatur *ἔστόροται* pro *ἔστρωται* a J. Gr. 245, b (minus enim recte *ἔστόρηται* scribi videtur apud Greg. C. 623 et Meerm. 664), ubi  $\bar{o}$  insertum est, ut in Homericō *ἔδηδοται*, ab activo *ἔδηδα*.

3) In Aoristo I. liquidas duplicatas, ut *σπελλάμεναι*, *ἐγένεατο*, *ἐνέμματο*, *συνόρῳφαισα* vidimus §. 8, 2;  $\bar{\sigma}$  saepe post breves vocales duplicatum §. 9, 1.

In optativo Aeolibus *τύψεια*, *τύψειας*, *τύψειε*, *τύψειαν* tribuuntur<sup>4)</sup> et ita quidem ut hac primae personae

2) J. Gr. 245, a, Meerm. 664, Greg. C. 621. ὄσαι δὲ μετοχαὶ ὀξύτονοι εἰς  $\bar{\omega}$ s καταλήγουσι, διὰ τοῦ  $\bar{\nu}$  παρ' ἐκείνοις ἐκφέρονται· εἰρηκῶς εἰρηκῶν (Greg. addit *νενοηκῶν*)· φυλάττουσι δὲ καὶ τὰς ἀπὸ τούτων κλίσεις ἀναλόγως τῇ καταλήξει; non minus *κεκλήγοντες* Aeolicum vocatur a Scholl. II. π, 430 et Auct. π. ὄμ. δ. 478.

3) Anq. Ox. I, 366, 22. ὁ Ἀλκαῖος μετατιθεὶς τὸ σῆμα εἰς τὸ  $\bar{\nu}$  κατὰ πλεονασμὸν ἐτέρου  $\bar{\gamma}$  φησὶ πεφύγγων, cf. 325, 30; minus recte apud Eust. 1596, 5 ex Heraclide *πεφύγγω* scribitur. — Ceterum Aeolicum participium *εἶδεις* ab *εἶδῶ* ab Heracl. ap. Eust. 1787, 44 fictum est, unde derivaret optativum *εἶδειν* ut *φιλεῖν* a *φιλεῖς*.

4) Et. M. 760, 60 (Gud. 531, 11, Ann. Ox. I, 408, 7), ubi *τίσειαν* Aeolicum vocatur: ἐκεῖνοι γὰρ τὸ τίψαιμι τύψεια λέγουσι· τὸ δεῦτερον πρόσωπον τύψειας, τὸ τρίτον τύψειε· καὶ τῷ μὲν πρώτῳ προσώπῳ κέχρηται οἱ Λιόκεις· τοῖς δὲ λοιποῖς προσώποις ἢ κοινῇ συνήθεια καὶ διάλεκτος; similiter Greg. C. 604. Minus accurate Ann. Ox. I, 3, 30 et IV, 205, 3 et primae personae mentione omitta Theogn. Ox. II, 150, 9, Et. M. 125, 31, Et. G. 28, 2 — 472, 25 — 541, 56, Eust. 36, 44 etc. etc.



forma soli usi dicantur. Exempla nunc desiderantur. Vulgaris forma ἀκούσαις legitur A. 62, sed propter metrum incertum minus certa; Theocritus 29, 11. 16 ἐπαινέσαις et αἰνέσαις habet. De εἴπαισαν, quod Aeolicum dicitur, potius Boeotico vid. §. 46 not. 3.

## §. 28.

## De praepositionibus.

1) Aeolibus grammatici praepositionum syncopen tribuere solent<sup>1)</sup>; neque ea Lesbiaca dialectus, quanquam huic non est propria, in nonnullis praepositionibus fere unquam negligere videtur, in ἀνά, παρά et κατά.

Ἄν aut potius ὄν (vid. §. 12, 2) legitur in Cum. 8. 34. 39. 53 ὀντέθην, ὄνθεντα, ὄνθέμεναι, Alc. 10 ὄν τὸ μέσσον et consonante rite mutata ὀμπέτασον S. 28, ὀμμένομεν, libris fere ἄν praebentibus. Rarius est ὀμνάσθην Theocr. 29, 16 pro ἀναμνησθῆναι, altero μ̄ ejecto, ut Boeckhius apud Pindarum Pyth. I, 47 et IV, 54 recte scripsit ἀμνάσειεν, ἀμνάσει; nec minus ῥ̄ ante sequens ὀ ejectum est in Hesychii glossis, ut videtur, Aeolicis, ὀσκάπτω, ὄστασαν, ὄσταθεις (§. 12, 2). — Plenior forma ἀνὰ reperitur in titulis Lesb. 2166, 44 ἀναγράφαντας, Lamps. 35. 36 ἀναγραφῆ et ἀνατεθῆ, Cum. 52 ἀναγράψαι.

Παρ est in Cum. 53, Alc. 7, Sapph. 9, Theocr. 28, 5. 25. Plenior forma, quam in Alcaci frustulo fr. 99 παραβάλλεται σε Apollonii liber tuetur, vix genuinā est, quanquam etiam in Lamps. 29. 32 sunt παρὰ τῆ πόλει et παραγενόμενος.

1) Apollon. de adv. 550, 23. παρὰ Αἰολεῦσιν συνεχέστερον αἱ προθέσεις συγκόπτονται. Greg. C. 617. συγκόπτονται δὲ καὶ τὰ σύνθετα τῶν ὀνομάτων διπλασιάζοντες τὰ ἄφωνα ut κάππεσεν, καδδὲ, κάββαλεν. — J. Gr. 244, b. et Meerm. 662 inter duplicationis Aeolicae exempla habent κάππεσεν, καδδὲ; etiam Auct. π. ὄμ. δ. 477, syncopen in compositione Aeolicam dicit, exempla HomERICA affert καδδραθέτην, ὕββάλλειν.

Κατ' notas consonantis mutationes expertum in his exemplis legitur: Lamps. 14 καττοῖς, Cum. 31. 35. 46 καττὰ et καττάδε, A. 7. 29. 34 καττᾶν, καττῶ, καττᾶς, S. 43 κατιύπτεισθε; καὸδέ S. 2 v. 13 et 32, Alc. 29; κάτθανε, κατθάνην A. 12. 21, κατθάνοισα S. 69, κατθνάσκει S. 43; κακ κεφάλας A. 33, καγ γόνων S. 14, κακχέεται S. 2 v. 13, κακχέει A. 31; κάββαλλε A. 27; καμ μὲν S. 2 v. 9. Partim in his brevior forma metro postulante sine libris reposita est. Rariora sunt, in quibus τ̄ ante sequens σ̄, σ̄π ejicitur, κασιτάθεις A. 102, κασπολέω S. 23 cf. §. 6, 3. Neglectae in hac praepositione apocopae unica exempla sunt καταστείβουσι S. 44 in versibus Sapphoni ex incerta conjectura tributis, et κατάρῳει S. 4, quod quum etiam contractionis nomine suspectum sit (vid. §. 5, 8), maluimus metro patiente καρῳέει scribere.

2) Aliae praepositiones interdum apocopen admittunt, ut ἀπὺ (Aeolice pro ἀπὸ §. 12, 7) in ἀπ πατέρων A. 100 (cf. ἀππέμψει Od. ο, 83), ὑπὰ (Aeolice pro ὑπὸ §. 12, 2), si qua fides est Herodiano ὑββάλλω apud Homerum Aeolicum vocanti ap. Scholl. A. II. τ, 80. cf. Eust. 1172, 60 et not. 1. — Apocopen, si compares προτὶ, ποτὶ, etiam in πρὸς agnoscere licet, quae praepositionis forma ubique legitur in titulis Lesb. 2166, Cumaeo, Lampsaceno, A. 12. 14, S. 111, quum recentiores critici temere subinde προτὶ vel ποτὶ intrudere voluerint.

3) Περὶ plenum legitur in Lesb. 2166 (etiam ante vocalem l. 26 περὶ ὄρκων), Lamps. 31, Alc. 29, Sapph. 1 v. 10, fr. 25. 26. Elisio a grammaticis Aeolica vocatur 2), et legitur πέρῳχος S. 44, unde apud Theocr. 29, 25 restituimus περῳ ἀπάλω pro περὶ ἀπαλῶ, in quibus non vera elisio cernitur sed ρ̄ pro ρ̄ι positum est, vid. §. 8, 6. Apocopen patitur in περῳτέω A. 29, οἴκω τε

2) Scholl. A. II. ο, 657 ad ἀγνώμενός περ ἑταίρου: Ἑλλάνικος Διολικῶς νομίζει τὴν περὶ περ' εἰρῳθεῖν, cf. Scholl. B. L.; item Eust. 1044, 15.

περ σῶ A. 93, unde recte e conjectura restituta sunt ab aliis *περθέμενος* S. 13 e *προϊέμενος*, *πέρθεσθ'* S. 67 pro *πάρθεσθ'*, *περ μὲν* pro *παρ* A. 10, a nobis *περ κεφάλας* A. 74 pro *παρ*. — Sunt tamen inter haec exempla, in quibus *περὶ* vel *περ* pro vulgato *ὑπέρ*, Aeolico *ἰπέρ* (§. 12, 6) positum est, ut *περὶ γῆς μελαινας* S. 1 v. 10, *πέρροχος* S. 44 pro *ὑπέροχος*, cf. Hesych. *περρῆχειν*, *ὑπερῆχειν*, *περ κεφάλας* A. 74, *περ μὲν γὰρ ἄντλος ἰστοπέδαν ἔχει* A. 10 pro *ὑπερῆχει*. Quae praepositionum istarum cognatio, cujus vestigia minus conspicua in aliis quoque dialectis reperiuntur, utramque e communi forma *ὑπερὶ* natam produunt, cf. Sanscrit. *u pari* super. De qua re quum alio tempore accuratius agendum sit, nunc vide, quae monuimus in *Mus. Rhen.* 1838.

Non aliter *ἐν* ex *ἐνὶ* natum esse, *σὺν* fortasse e *συνὶ*, eaque de causa *ἰ* abjecto *ν* interdum duplicari, docuimus §. 8, 6. — Ceterum miro testimonio<sup>3)</sup> Aeoles et Diores pro *ἐν* dixisse referuntur *ἐνὸ*, quum est pro verbo *i. e.* pro *ἔνεστι*, *ἔνι*.

Praepositio *εἰς*, quae ex *ἐνς* (vid. §. 10 not. 4) nata recte apud Aeoles eam formam plerumque servat, raro corripitur, ut *ἐσέρχεται* S. 44, *εἰς ἀέρω* Theocr. 28, 15.

3) Pro *μετὰ* Aeoles dicebant *πεδὰ*, quod in libris saepe in *παῖδα* corruptum est. Exempla haec reperiuntur, *πεδ' ἀμαύρων νεκύων* S. 69, *πεδ' Ἀχιλλεα* A. 39, *πεδὰ μάτερα* S. 30, *πεδὰ Κέρβερον* Theocr. 29, 38, *πεδέχων* A. 50 et S. 69, *πεδάρορος* A. 91, *πεδέρομαι* Theocr. 29, 25. Vulgatum *μετὰ* est in *Lamps.* 30 *μετὰ τὸν χρηματισμὸν*, 7 *μεταπέμψασθαι*, Theocr. 28, 21 *μετ' Ἰαόνων*, adeo *Alc.* 90 *μετέχων*, quod vix sanum est. Grammatici Aeoles in *μετὰ* mutare *μ* in *π* docentes male *πετὰ* Aeolicum vocant<sup>4)</sup>. At non cognata esse *μετὰ* et *πεδὰ*, sed

3) *Ann. Ox.* I, 176, 12. ἡ τοιαύτη πρόθεσις παρὰ τὴν Διολίδα καὶ Δωρίδα διάλεκτον ἐνὸ γίνεται, ὅποταν καὶ ἀντὶ ῥήματος.

4) *J. Gr.* 236, a. *Gr. Leid.* 638. *Vat.* 689. ἔστι δὲ καὶ τινα ἰδίως παρ' αὐτοῖς σχηματιζόμενα· οἷον ἀντὶ τῆς μετὰ πρόθεσις τὴν

diversae stirpis, recte intellexit Pottius *Et. Forsch.* II. p. 515; nos πεδὰ cum post, ποὺς, pes cognatum existimamus, ita ut sequendi notio primaria sit.

## §. 29.

## De adverbis.

1) Adverbia temporis, quae vulgo in  $\overline{\sigma\tau\epsilon}$ , apud Dores in  $\overline{\sigma\kappa\alpha}$  exeunt, in Acolica dialecto testibus grammaticis <sup>1)</sup> terminationem  $\overline{\sigma\tau\alpha}$  habent, ut  $\overline{\pi\acute{o}\tau\alpha}$ ,  $\overline{\acute{o}\tau\alpha}$ ,  $\overline{\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\tau\alpha}$ , nec minus  $\overline{\acute{\epsilon}\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\tau\alpha}$  <sup>2)</sup>, quod in reliquis dialectis ignoratur. Nunc leguntur S. 1 v. 5  $\overline{\acute{\alpha}\iota\ \pi\omicron\tau\alpha\ \kappa\acute{\alpha}\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\tau\alpha}$  (cf. Hes.  $\overline{\kappa\alpha\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\tau\alpha}$ ,  $\overline{\kappa\alpha\iota\ \acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\tau\epsilon}$ ),  $\overline{\acute{o}\tau\alpha}$  S. 98. Recte correcta sunt  $\overline{\pi\acute{o}\tau\alpha}$  S. 17, ubi libri  $\overline{\pi\omicron\tau\epsilon}$  et  $\overline{\pi\omicron\tau\alpha\mu\acute{o}\nu}$ , S. 12 pro  $\overline{\pi\omicron\kappa\acute{\alpha}}$ , S. 69  $\overline{\omicron\upsilon\delta\acute{\epsilon}}$ .

$\overline{\pi\acute{\epsilon}\tau\alpha}$  (J. Gr. et Vat. corruptius  $\overline{\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}}$ )  $\overline{\pi\alpha\rho\alpha\lambda\alpha\mu\beta\acute{\alpha}\nu\omicron\upsilon\sigma\iota}$ . Corruptissime Meerm. 661 et Greg. C. 581 in antt. edd.  $\overline{\acute{\alpha}\nu\tau\iota\ \delta\acute{\epsilon}\ \tau\omicron\upsilon\ \mu\ \tau\omicron\ \pi\ \mu\epsilon\tau\ \acute{\epsilon}\mu\omicron\upsilon\ \pi\epsilon\tau\ \acute{\epsilon}\pi\omicron\upsilon}$ .

1) Apoll. de adv. 606, 16.  $\overline{\tau\acute{\alpha}\ \delta\iota\acute{\alpha}\ \tau\omicron\upsilon\ \acute{\epsilon}\ \acute{\epsilon}\kappa\phi\epsilon\rho\acute{o}\mu\epsilon\nu\alpha\ \acute{\epsilon}\pi\iota\delta\acute{\rho}\acute{\eta}\mu\alpha\tau\epsilon}$  (in  $\overline{\tau\epsilon}$ ,  $\overline{\theta\epsilon}$ ,  $\overline{\sigma\epsilon}$ ,  $\overline{\delta\epsilon}$ )  $\overline{\omicron\upsilon\ \tau\rho\acute{\epsilon}\pi\epsilon\iota\ \pi\acute{\alpha}\nu\tau\omicron\tau\epsilon\ \tau\omicron\ \acute{\epsilon}\ \acute{\epsilon}\iota\varsigma\ \tau\omicron\ \acute{\alpha}\ \pi\alpha\rho\ \acute{\Lambda}\iota\omicron\lambda\epsilon\upsilon\acute{\sigma}\iota\ \kappa\alpha\iota\ \acute{\Delta}\omega\rho\iota\epsilon\upsilon\acute{\sigma}\iota\upsilon\upsilon\varsigma}$ ,  $\overline{\acute{\alpha}\lambda\lambda\acute{\alpha}\ \tau\rho\acute{\epsilon}\psi\alpha\tau\acute{\alpha}\ \acute{\epsilon}\sigma\tau\iota\ \eta\ \delta\iota\acute{\alpha}\ \tau\omicron\upsilon\ \theta\epsilon\ \acute{\epsilon}\kappa\phi\epsilon\rho\acute{o}\mu\epsilon\nu\alpha\ \eta\ \delta\iota\acute{\alpha}\ \tau\omicron\upsilon\ \tau\epsilon}$ . —  $\overline{\acute{\epsilon}\iota\rho\eta\tau\alpha\ \mu\acute{\epsilon}\nu\ \pi\epsilon\rho\iota\ \tau\omicron\upsilon\ \acute{\upsilon}\pi\iota\omicron\theta\alpha\ \kappa\alpha\iota\ \acute{\upsilon}\pi\epsilon\rho\theta\alpha}$  (cod. teste Bast. ad Greg. C. 187.  $\overline{\acute{\upsilon}\pi\eta\theta\alpha\ \kappa\alpha\iota\ \acute{\upsilon}\pi\epsilon\rho\theta\alpha}$ )  $\overline{\kappa\alpha\iota\ \tau\omicron\upsilon\ \tau\omicron\iota\omicron\upsilon\tau\omega\upsilon\ \acute{\epsilon}\sigma\tau\iota\ \delta\acute{\epsilon}\ \kappa\alpha\iota\ \acute{\upsilon}\pi\omicron\delta\epsilon\iota\gamma\mu\alpha\tau\alpha\ \tau\omicron\upsilon\ \tau\omicron\upsilon\ \tau\epsilon}$ ,  $\overline{\tau\omicron\ \pi\acute{o}\tau\epsilon\text{-}\pi\acute{o}\tau\alpha}$ ,  $\overline{\acute{o}\tau\epsilon\text{-}\acute{o}\tau\alpha}$ ,  $\overline{\acute{\epsilon}\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\tau\epsilon\ \acute{\epsilon}\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\tau\alpha}$  (cod. secundum Bastium  $\overline{\acute{\epsilon}\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\theta\epsilon\upsilon\ \text{-}\acute{\epsilon}\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\theta\alpha}$ ),  $\overline{\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\tau\epsilon\text{-}\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\tau\alpha}$ .  $\overline{\delta\iota\alpha\phi\acute{\epsilon}\rho\epsilon\iota\ \delta\acute{\epsilon}\ \pi\acute{\alpha}\lambda\iota\nu\ \tau\acute{\alpha}\ \acute{\Lambda}\iota\omicron\lambda\iota\kappa\acute{\alpha}\ \tau\omicron\upsilon\ \acute{\Delta}\omega\rho\iota\kappa\acute{\omega}\nu}$ ,  $\overline{\eta\ \tau\omicron\ \mu\acute{\epsilon}\nu\ \acute{\Delta}\omega\rho\iota\kappa\acute{\omicron}\nu\ \tau\omicron\ \tau\ \acute{\epsilon}\ \acute{\epsilon}\iota\varsigma\ \acute{\alpha}\ \mu\epsilon\tau\alpha\lambda\alpha\mu\beta\acute{\alpha}\nu\epsilon\iota$ ,  $\overline{\acute{o}\tau\epsilon\ \tau\omicron\ \pi\acute{o}\tau\epsilon\text{-}\pi\acute{o}\kappa\alpha\ \acute{\epsilon}\sigma\tau\iota}$ ,  $\overline{\tau\omicron\ \acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\tau\epsilon\text{-}\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\kappa\alpha}$ ,  $\overline{\acute{o}\tau\epsilon\text{-}\acute{o}\kappa\alpha}$ . cf. p. 607, 17 ubi Aeolica  $\overline{\acute{\epsilon}\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\tau\alpha}$ ,  $\overline{\pi\acute{o}\tau\alpha}$ . — Ann. Ox. I, 328, 20.  $\overline{\tau\omicron\ \acute{o}\tau\epsilon\ \omicron\iota\ \acute{\Lambda}\iota\omicron\lambda\epsilon\iota\varsigma\ \acute{o}\tau\alpha\nu}$  (leg.  $\overline{\acute{o}\tau\alpha}$ )  $\overline{\lambda\acute{\epsilon}\gamma\omicron\upsilon\sigma\iota\nu}$ .  $\overline{\acute{\Lambda}\acute{\alpha}\kappa\omega\nu\epsilon\varsigma\ \delta\acute{\epsilon}\ \acute{o}\kappa\alpha\ \kappa\alpha\iota\ \omicron\iota\ \mu\acute{\epsilon}\nu\ \mu\acute{o}\nu\omicron\nu\ \acute{\epsilon}\tau\rho\epsilon\psi\alpha\nu\ \tau\omicron\ \acute{\epsilon}\ \acute{\epsilon}\iota\varsigma\ \acute{\alpha}$ ,  $\overline{\omicron\iota\ \delta\acute{\epsilon}\ \kappa\alpha\iota\ \tau\omicron\ \sigma\acute{\upsilon}\mu\phi\omega\nu\omicron\nu}$ .  $\overline{\acute{\omega}\sigma\tau\epsilon\ \omicron\upsilon\kappa\ \acute{\alpha}\pi\omicron\ \tau\omicron\upsilon\ \acute{o}\tau\alpha\ \acute{\Lambda}\iota\omicron\lambda\iota\kappa\acute{\omicron}\nu\ \tau\omicron\ \acute{o}\tau\alpha\nu\ \pi\lambda\epsilon\acute{\omicron}\nu\alpha\sigma\mu\acute{\omega}\ \tau\omicron\upsilon\ \nu}$ .  $\overline{\acute{o}\tau\alpha\nu\ \gamma\acute{\alpha}\rho\ \mu\epsilon\tau\alpha\beta\omicron\lambda\eta\ \gamma\acute{\epsilon}\nu\eta\tau\alpha\ \tau\omicron\upsilon\ \epsilon\ \acute{\epsilon}\iota\varsigma\ \acute{\alpha}}$ ,  $\overline{\omicron\upsilon\ \pi\rho\sigma\acute{\epsilon}\rho\chi\epsilon\tau\alpha\ \tau\omicron\ \nu\upsilon}$ .  $\overline{\acute{o}\pi\iota\theta\epsilon\nu\ \acute{o}\pi\iota\theta\alpha\ \acute{\alpha}\ \pi\rho\acute{o}\sigma\theta\epsilon\nu\ \pi\rho\acute{o}\sigma\theta\alpha}$ . Inde adeo  $\overline{\nu\acute{\epsilon}\omega\tau\alpha}$  a  $\overline{\nu\acute{\epsilon}\omega\tau\epsilon}$  trophē  $\overline{\acute{\Lambda}\iota\omicron\lambda\iota\kappa\acute{\eta}}$   $\overline{\tau\omicron\upsilon\ \acute{\epsilon}\ \acute{\epsilon}\iota\varsigma\ \acute{\alpha}}$  derivatur Et. M. 607, 17.

2) Ab  $\overline{\acute{\epsilon}\tau\epsilon\rho\omicron\varsigma}$  debebat  $\overline{\acute{\epsilon}\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\tau\alpha}$  derivari ut  $\overline{\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\tau\alpha}$  ab  $\overline{\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\varsigma}$ ,  $\overline{\acute{o}\tau\alpha}$  ab  $\overline{\acute{o}\tau\epsilon}$ ; in  $\overline{\acute{\epsilon}\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\tau\alpha}$ , non minus quam in  $\overline{\acute{\epsilon}\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\sigma\epsilon}$ ,  $\overline{\acute{\epsilon}\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\theta\epsilon\nu}$  propter brevium vocalium concursum vocalis producta videtur; Hesychii tamen  $\overline{\kappa\acute{\alpha}\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\tau\alpha}$  excusationem habet.

ποτ' pro οὐδέποκ'; nos praeterea scripsimus ἄλλοτα pro ἄλλοτε A. 38, deinde ὀπποτα S. 3 pro ὀππόταν, quia Aeoles ignorant ἄν (cf. similem corruptelam not. 1 in Ann. Ox.), nec minus A. 31 pro ὅτι ποτ' ἄν, ubi alii ὀππόταν. Minore jure tentares apud Theocr. 29, 5. 6. 39 γῶταν, ὄκα, τόκα.

2) Similiter nonnulla adverbia loci in  $\overline{\theta\epsilon(v)}$  apud Aeoles in  $\overline{\theta\alpha}$  exeunt. Grammatici <sup>3)</sup> afferunt πρόσθα et ἔμπροσθα, ἐνερθα, ὕπισθα et ἐξῦπισθα pro ὀπισθεν, ὑπερ-  
θα, ἄτερθα, πάροιθα. Nunc unicum exemplum legitur in Aeolici poëtae frustulo (Alc. 102), quod Apollonius affert, ἐξῦπισθα. Non omnia adverbia in  $\overline{\theta\epsilon\nu}$  hanc mutationem pati, Apollonius docet, qui quum neque οὐρανόθα neque ἄλλοθα dictum esse affirmet, intelligitur  $\overline{\theta\epsilon\nu}$  in iis etiam apud Aeoles mansisse, quae motum ex aliquo loco significant, ut recte leguntur ἄλλοθεν et κήνοθεν (pro ἐκεῖθεν) apud Alc. 66., mutatum esse in reliquis, quae, ubi aliquid sit, indicant. Neque tamen in his vulgatam formam plane ignorarunt; potius ante sequentem vocalem non tentanda videntur καθύπερθεν ἵππιοι A. 7, πάροιθεν ἀμφὶ Alc. 3; adeo in Lesb. 2166, 17 legitur πρόσθε ἰόντων. Comparanda est duplex, quae fuisse videtur forma λεγόμεθα et λεγόμεθεν §. 24, 8.

3) Adverbia in  $\overline{\theta\epsilon}$  exeuntia et locum in quo signifi-

3) Apoll. de adv. 563, 19. βαρύνεται καὶ ὅσα ἐκ μεταλήψεως ἴσται τῶν εἰς  $\overline{\theta\epsilon\nu}$ , ὅπερ ἔστι παρ' Αἰολεῖσι καὶ Δωριεῦσιν — οὐ γὰρ ἐφικτὴ πᾶσα μετάθεσις τῶν εἰς  $\overline{\theta\epsilon\nu}$  ληγόντων τοπικῶν εἰς τὸ  $\overline{\alpha}$ . οὐ γὰρ οὐρανόθεν οὐρανόθα φαῖν οὐδὲ τὸ ἄλλοθεν ἄλλοθα, τὸ δὲ ἔμπροσθεν ἔμπροσθα, ἐνερθεν ἐνερθα, ὀπισθεν ὀπισθα. ὁ δ' ἐξῦπισθα καταθαιε πρόσθεν πρόσθα. — Ibid. 604, 16 eadem fere cum iisdem exemplis, p. 606 ὕπισθα, ὑπερθα. vid. not. 1. — Hesych. ἐξῦπισθα, ἐκ τοῦ ὀπίσω dialecto non nominata. — Et. M. 559, 31. οἱ Αἰολεῖς τὰ εἰς  $\overline{\theta\epsilon\nu}$  λήγοντα ἐπιρρήματα εἰς  $\overline{\alpha}$  ποιῶσιν. ὀπισθεν ὀπισθα, ἄτερθεν ἄτερθα ἄνευ τοῦ  $\overline{\nu}$ . — Joann. Al. 33, 10 inter adverbia in  $\overline{\theta\alpha}$  affert πρόσθα, πάροιθα (leg. πάροιθα), ὕπισθα, quae Aeolica esse, ultima vox prodit.

cantia apud Aeoles plures erant, quam in vulgari lingua, ut teste Apollonio <sup>4)</sup> ἔνδοι et apud Alcaicum μέσοι (fr. 9) vel μέσσοι. Eadem terminatio facile assumebat significationem loci in quem, ut ὕψοι (aut potius ἤψοι, vid. §. 12, 6), quod Aeolicum esse dicitur <sup>5)</sup> pro ὕψου, apud Sapph. 44 e libro (rell. ὕψι) ea, qua diximus, significatione sursum legitur. Item ποι, quo, est S. 51; nec minus ποι pro που e conjectura scripsimus in corruptissimis locis A. 3. 55.

Utriusque tamen significationis etiam alia forma traditur <sup>6)</sup>, μέσουι pro ἐν μέσῳ, τύϊδε pro ἐνθάδε vel ἐνταῦθα, πῆλυι, ἄλλυι, ἀτέρυι, τούτυι pro τήλοσε, ἄλλοσε, ἐτέρωσε. Grammatici docent ῶι in hisce duas syllabas efficere, sed

4) Apollon. de adv. 610, 20. ἔνδοι, ὅπερ ἐν χρήσει Συρακοσίων καὶ Αἰολεῦσιν, γινόμενον ἐκ συγκοπῆς τοῦ ἔνδοθι; deinde l. 30. τῆδε γὰρ ἔχει καὶ ἐπιρῆμα παρ' Αἰολεῦσι τὸ μέσοι· γαίης καὶ νιφόεντος ὠρανῶ μέσοι. — Id. 588, 27. τὸ γὰρ παρὰ τοῖς περὶ τὸν Ἀλκαίον μέσοι δηλον ὅτι κατὰ τὴν ἰδίαν διάλεκτον ἀνὰ λόγον βαρυνθεῖη ἂν οὐ γὰρ ἐστὶν ἄλλοις τῆ ἐν προθέσει συσσελλομένου τοῦ ῶ εἰς τὸ ὄ ὡς τινες διενόησαν, ἐν μέσῳ· ἀλλ' ὄν πρότον παρὰ τὸ οἶκος, τὸ οἴκου ἐγένετο σημαῖνον ἐν οἴκῳ, παρὰ τε τὸ Πυθῶ τὸ Πυθοῖ καὶ παρὰ τὸ Μέγαρον τὸ Μεγαροῖ σημαῖνον ἐν Μεγάροις, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ παρὰ τὸ μέσοι τὸ μέσσοι ἐγένετο σημαῖνον τὸ ἐν μέσῳ, ὅπερ ἔφη κατὰ τὸ Αἰολικὸν βαρυνεσθαι.

5) Ann. Ox. I, 418, 29. τὸ ὕψου ὕψοι λίγουσιν Αἰολεῖς τροπή τοῦ ῶ εἰς ἰ ὁμοίως τοῖς Ἀττικοῖς πανταχοῦ καὶ πανταχοῖ, οὐδαμοῦ καὶ οὐδαμοῖ, ποῦ καὶ ποῖ· οὐκ ἀεὶ ἀλλ' ἐπὶ πολλοῖς. Reliqua non Aeolica, sed Attica vocari videntur.

6) Hesych. μέσουι, ἐν μέσῳ· Αἰολεῖς. — Scholl. II, ζ, 298. τὸδ' ἰάνει· λείπει τὸ ὄρος· μήποτε ἰσοδυναμεῖ τῷ παρ' Αἰολεῦσι τῷ ἔδε. — Hesych. τύϊδι, ἐνταῦθα· Αἰολεῖς. — Theogn. Ox. II, 160, 7 (Bekk. 1425) τὰ Αἰολικῶς διὰ καθαροῦ τοῦ ἰ ἐκφερόμενα βαρύνεται καὶ διὰ τοῦ ἰ γράφει τὴν λήγουσαν καὶ τὴν παραλήγουσαν διὰ τοῦ ἰ ψιλοῦ καὶ τοπικῆν σχέλιον δηλοῖ· οἷον πηλύ· ἀλύει (B. ἀλύε leg. ἄλλυι)· ἀτερύει (B. ἀτερύι)· τὸ τυῖ (leg. τούτυι). Corrupte J. Gr. 245, b, Greg. C. 622, Meerm. 622. τὸ ἐνθάδε τῆδε (J. Gr. τίδε)· τὸ ἄλλοις ἐτέρωσε, leg. τὸ ἐνθάδε τίϊδε, τὸ ἄλλοις ἄλλυι, τὸ ἐτέρωσε ἐτέρυι aut ἀτέρυι.

interdum in unam coalescere 7). Nec leguntur nunc exempla, nisi in quibus  $\bar{u}i$  pro una est syllaba. Ita  $\tau\bar{u}\dot{i}\delta\epsilon$ , huc, S. 1 v. 5 et Theocr. 28, 5 e Seidleri et Bergkii emendatione pro vulgato  $\tau\eta\delta\epsilon$  (duo libri  $\tau\bar{u}\ \delta\epsilon$ ); deinde  $\pi\eta\lambda\upsilon$  e Bergkii palmaria emendatione S. 1 v. 6 (e  $\text{πολ}\bar{\upsilon}$ ); denique in  $\acute{\alpha}\lambda\lambda\upsilon$ , quod Seidlerus restituit Alc. 69 (libri  $\acute{\alpha}\lambda\lambda\alpha$  et  $\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron$ ). Priscianus docet,  $\bar{u}i$  eadem ratione unam syllabam efficere, qua apud Romanos suavis bisyllabum sit, cui nullam fidem habendam arbitramur, quia, quum  $\bar{i}$  locativum haud dubie breve sit, longa syllaba esse non posset, nisi diphthongus nasceretur. Neque sine auctoritate est simplex  $\bar{u}$  pro  $\bar{u}i$  scriptum, quum et Dionysii codices in Sapphus loco et Theocriti incorruptiores  $\tau\acute{\upsilon}\delta\epsilon$  habeant et Hesychii  $\tau\acute{\upsilon}\delta\alpha\iota$  eodem ducat, nec minus in librorum apud Sappho  $\text{πολ}\bar{\upsilon}$  facilius  $\pi\eta\lambda\upsilon$  lateat, denique hoc ipsum, si recte Bekkerus emendavit, sine dialecti nomine inter adverbia non locativa in  $\bar{u}$  exeuntia enumeretur 8), quanquam et hoc et  $\delta\epsilon\bar{u}\rho\upsilon$ , quod ibidem legitur, locum significant. Hoc ipsum, etiam ab Herodiano Aeolibus adscriptum, huc trahere liceat, si  $\bar{u}$  longum est  $\delta\epsilon\bar{u}\rho\upsilon$ , neque Aeolica mutatione ex  $\bar{u}$  natum. Jam igitur multiplex horum adverbiorum est terminatio  $\bar{u}i$ ,  $\bar{u}i$ ,  $\bar{u}i$ ,  $\bar{u}$ ; antiquissimam esse  $\bar{u}i$  facile apparet, unde  $\bar{u}i$  et  $\bar{u}$  natae sunt, quia  $\bar{u}i$  haud facile, nisi ante sequentem vocalem diphthongum efficit. cf. Buttm. Lexil. I. p. 56, Lobeck

7) Priscian. I. p. 35 postquam de  $\bar{u}$  dixit vocalis vim amittente in suavis, suadeo etc.: quod apud Aeoles quoque  $\bar{u}i$  saepe patitur et amittit vim litterae in metro ut Sappho:  $\acute{\alpha}\lambda\lambda\acute{\alpha}\ \tau\bar{u}\dot{i}\delta\epsilon$  'ελθετε ποτισατ' ερωτα (Addend. p. 19  $\tau\bar{u}\dot{i}\delta$ ). Similiter  $\pi\eta\lambda\upsilon$  disyllabum invenitur apud eosdem, cum  $\bar{u}i$  non est diphthongus.

8) Theogn. Ox. II, 161, 6 (Bekk. 1341)  $\tau\acute{\alpha}\ \epsilon\iota\varsigma\ \bar{u}\ \lambda\eta\gamma\omicron\nu\tau\alpha\ \epsilon\pi\iota\bar{\rho}\acute{\eta}\mu\alpha\tau\alpha\ \mu\eta\ \tau\omicron\pi\iota\kappa\omega\varsigma\ \lambda\alpha\mu\beta\alpha\nu\omicron\mu\epsilon\nu\alpha\ \delta\iota\acute{\alpha}\ \tau\omicron\upsilon\ \bar{u}\ \gamma\rho\acute{\alpha}\phi\omicron\nu\tau\alpha\iota$ , οἷον  $\pi\acute{\alpha}\gamma\chi\upsilon$ ,  $\pi\rho\acute{\omicron}\chi\upsilon$ ,  $\delta\epsilon\bar{u}\rho\upsilon$ ,  $\pi\lambda\eta\nu$  (Bekk.  $\pi\eta\lambda\upsilon$ ),  $\acute{\alpha}\rho\acute{\rho}\upsilon$  etc. — Herod. π. μ. λ. 26, 35  $\delta\epsilon\bar{u}\rho\omicron\ \pi\alpha\rho\acute{\alpha}\ \tau\omicron\iota\varsigma\ \text{Αἰολεῦσι}\ \kappa\alpha\iota\ \delta\epsilon\bar{u}\rho\alpha\ \kappa\alpha\iota\ \delta\epsilon\upsilon\rho\bar{\nu}\ \delta\iota\acute{\alpha}\ \tau\omicron\upsilon\ \bar{u}$ . — Ann. Ox. I, 117, 29.  $\text{Ἀττικοὶ}\ \delta\epsilon\upsilon\rho\iota\ \phi\alpha\sigma\iota\ \tau\omicron\pi\iota\kappa\omicron\nu\ \kappa\alpha\iota\ \text{Αἰολεῖς}\ \delta\epsilon\upsilon\rho\iota\ \text{leg.}\ \delta\epsilon\upsilon\rho\bar{\nu}$ . cf. Theogn. Ox. II, 161, 5.  $\epsilon\nu\iota\omicron\tau\epsilon\ \delta\epsilon\ \kappa\alpha\iota\ \delta\epsilon\bar{u}\rho\upsilon\ \delta\iota\acute{\alpha}\ \tau\omicron\upsilon\ \bar{u}\ \psi\iota\lambda\omicron\upsilon$ . — Quod Apollon. de pron. 69.  $\tau\eta\lambda\upsilon$  pro  $\tau\eta\lambda\epsilon$  commemorat, vix de Aeolico cogitavit, sed e  $\tau\eta\lambda\acute{\upsilon}\gamma\epsilon\tau\omicron\varsigma$  finxit.

Parall. p. 143. — Non Aeolica sunt ὄππα Theocr. 28, 5 et ὄπιπη 29, 13, ubi verior lectio ὄποι in uno libro est.

De accentu harum formarum egimus §. 3, 7; de  $\bar{\tau}$  pro  $\bar{\tau}$  in *πῆλυι* §. 6, 1, de  $\bar{a}$  pro  $\bar{e}$  in *ἀιέφυι* §. 12, 1.

4) Adverbium *ἀει* apud Acoles, si varia grammaticorum<sup>9)</sup> testimonia comparamus, quatuor formas habuisse videtur, *αῖι*, *αῖιν*, *αῖι*, *αῖιν*. Inde quod S. 47 legitur *ἀει* in *αῖι* mutandum erat; cf. de accentu §. 3, 7, de correpta in *αῖι* diphthongo §. 16, 1.

5) Pro *ἄν* Aeolicum est *κε*, cf. §. 6, 7; nunquam illud usurpatum videtur, quum *ὀππόταν* A. 31 et S. 3 facile in *ὀπποτα* emendetur. vid. nr. 1.

9) Theogn. Ox. II. p. 3 ex Herodiano de duodecim hujus adverbii formis: *παρὰ δὲ Αἰολεῦσιν τῆς ἀρχούσης ἰχούσης τὴν αῖ διφθογγον, τοῦ δὲ τέλους τὸ τ σοσιτέλλόμενον βαρυντόνως αῖι (leg. αῖι) λέγεται δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ οὖν τοῦ ᾗ αῖιν (leg. αῖιν) γίνεται δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ κατὰ σοσιτολήν τῆς ἀρχούσης καὶ ἀποβολῇ τοῦ ε̄ αῖ βαρυντόνως.* — Ex eodem fonte fluxerunt, quae leguntur in Et. Gud. 9, 46 (Et. Par. ap. intt. ad Greg. 346) inter duodecim formas: *αῖι* (Par. *ἀει*) *παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι*, *αῖιν παρ' αὐτοῖς* (Bast. conj. *παρὰ τοῖς αὐτοῖς*); ubi quum duae e pleno numero formae desiderentur, Aeolica *αῖι* et *αῖιν* deesse, docent Etymologica Parisiensia tria apud Bast. ad Greg. 348, 'quae dialecticis non nominatis duodecim formas enumerant et Aeolicis *αῖι* et *αῖιν* vicina addunt *αῖι* et *αῖιν*. — Corruptela invasit in Ann. Ox. I, 71, 19. *ὁ δ' Αἰολεὺς τριχῶς ἀει παρθένος ἔσομαι καὶ αἰεὶ καὶ αἰέν*; nam recte paullo ante Homero tres illae formae vindicantur, cf. p. 19, 11 et Et. M. 31, 8, quare e Theognosto restituenda sunt *αῖι*, *αῖι*, *αῖιν*, neque *ἀει παρθένος* defendere licet iis, quae in Et. Gud. et Par. antea leguntur: *τὰ δὲ παρὰ τὸ ἀει συντεθέντα διὰ τῆς εἰ διφθογγον γράφεται οἷον ἀείμνηστος, ἀειπάρθενος, ἀειθαλής*, dum in tribus illis Parisiensibus exempla *ἀείμνηστος*, *ἀειφουρος* leguntur, quia eam vocem aut aliunde hauserunt, aut antiqua corruptela decepti sunt. — Aperta corruptela laborat etiam Herod. π. μ. λ. 45, 33. *Πρὶν οὐδὲν εἰς τὴν μονοσύλλαβον ἐπίρρημα, ἀλλὰ μόνον τὸ πρὶν τὰ δὲ εὐρεθέντα ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν εὐρέθη, ὡς τὸ πάλιν ἱεροῖσιν παρ' Ἀττικοῖς αἰέν, παρὰ Δωριεῦσι αῖιν, παρ' Αἰολεῦσι λέγεται ταῦτα ἄνευ τοῦ ᾗ leg. τὸ πάλιν, πέρουσι, ἀει παρ' Ἀττικοῖς, αἰέν παρὰ Δωριεῦσι, αῖιν παρ' Αἰολεῦσι λέγεται ταῦτα καὶ ἄνευ τοῦ ᾗ.*



§. 30.

De vocum formandarum proprietate.

1) Patronymica peculiari Aeolum more in αδιος finire traduntur 1); exemplum saepissime affertur Ἐρράδιος . e. Pittacus, cujus pater erat Ἐρρας; unus grammaticus addit Τινάδιος, Τίνα παῖς; neque abhorret Μυσαῖοι, Aeolicum Mysorum nomen; Tzetzae autem, qui de his formis agit in Epex. II. 59, 20, Πηλειάδιος ipsius ingenio debetur. Illud Ἐρράδιος, forma paullulum mutata nunc legitur Alc. 73 Ἐρράδηω e probabili emendatione pro ὑρράκκω (vid. de η §. 15, 2). Nihilominus valde de hac patronymicorum forma dubitare licet. Illud quidem,

1) Dion. Thr. Bekk. 634, 29. τύποι πατρωνυμικῶν ἀρσενικῶν μὲν ῥεῖς, ὁ εἰς δης, ὁ εἰς ων, ὁ εἰς αδιος· οἷον Ἀτρεΐδης, Ἀτρεΐων καὶ ὁ τῶν Αἰολέων ἴδιος τύπος Ἐρράδιος· Ἐρρα γὰρ παῖς ὁ Πίττακος. — Scholl. Dion. Thr. 849, 17. ὁ δὲ εἰς αδιος παρ' Αἰολεῦσιν· οἷον Τινάδιος, ὁ Τίνα παῖς, καὶ Ἐρράδιος Ἐρρα παῖς. — Ibid. 850, 16. τὰ δὲ διὰ τοῦ αδιος Αἰολικὰ· χρειώδης δὲ Αἰολεῦσιν ὁ τύπος καὶ πρὸς χρόνον καὶ πρὸς τόνον· τὰ γὰρ διὰ τοῦ αδιος πρὸς τῷ συστέλλεσθαι καὶ (προ)παροξύνεται. — Ann. Ox. IV, 326, 26. περὶ δὲ τοῦ εἰς αδιος λέγομεν, ὅτι Αἰολέων ἴδιός ἐστιν — εὐθαρς δὲ ὁ αδιος Αἰολεῦσι καὶ πρὸς τόνον καὶ πρὸς χρόνον· καὶ γὰρ πρὸς τῷ συστέλλεσθαι καὶ προπαροξύνεσθαι (sic), ὅπερ ἐπινοοῦσι φιλοῦσιν. Ἐρράδιος δὲ ἐστὶν ὁ τοῦ Ἐρρα παῖς· Ἐρρας δὲ Μετυληναίων τύραννος, οὗ υἱὸς Πίττακος. — Prisc. I. p. 81. »(Patronymicorum forma) in αδιος, quae est Aeolica, ut Hyrradios Hyrrae filius Pittacus.« — Eust. 13, 45. Ἐρρας κύριον Αἰολικόν, διὸ καὶ ψιλοῦται ἀφ' οὗ πατρωνυμικόν Ἐρράδης, ὅπερ Αἰολεῖς Ἐρράδιος λέγουσι. — Suid. Ἐρρα παῖς ὁ Πίττακος καὶ Ἐρράδιος ὁ αὐτός. — Hesych. Ἐρράδιος, ἀπὸ τινος τῶν προγόνων ἀδοξος ἢ εἰκαῖος. Ἐρρα παιδίον. — Steph. Byz. s. v. Μυσαῖα: λέγονται καὶ Μυσοὶ καὶ Μύσιοι καὶ Μυσαῖοι Αἰολικῶς; idem inter voces in αδιος apud Herod. π. μ. λ. 18, 9 pro μονσάδιος restitui jubet Lobeck Parall. p. 77, vix recte, quum huic bene conveniat cum μολπάδιος.

quod ab aliis ipse Pittaci pater vocatur 'Τῶράδιος<sup>2</sup>), ex uno Callimachi epigrammate fluxisse suspiceris, in quo παῖδα τὸν Ἐῶραδιον errore satis antiquo e παῖδα τὸν Ἐῶραδιον corruptum haberi potest. Valde autem mirum est, quod in Hesychii glossa Ἐῶραδιος explicatur ἀπό τινος τῶν προγόνων ἄδοξος ἢ εἰκαῖος, quocum conspirant alia<sup>3</sup>). Casu vero eundem sonum habere patronymicum Pittaci et adjectivum, quo eadem opprobria exprimuntur, quae Alcaeus alibi in illum conjicit, ζοφοδορπίδαν (apud Diog. Laert.) et κακοπάτριδα fr. 30 appellans (cf. Welcker in Jahn. Ann. 1830, I. p. 15), nemo sibi facile persuadēbit. Quam difficultatem in Museo Rhenano 1838 ita expedire conati sumus, ut verum Pittaci patronymicum Τυῶραδιον dixerimus, quia Pittaci filius apud Diogenem Laertium Τύῶραιος appellatur, inde Alcaeam ludibriose Ἐῶραδιος fecisse. — Patronymicorum forma in adios non caret analogia, quum diminutiva, quae saepe similes atque illa terminationes habent, haud raro in dion exeant. cf. Pott *Etym. Forsch.* II. p. 564, Grimm *Gr.* II. p. 349 seqq. — Ceterum non alienam fuisse ab Acolibus Asianis patronymicorum formam in ios, Boeotiae et Thessalicae usitatam (vid. §. 47), innuunt Τύῶραιος ille et quodammodo Νικιαία ἄλοχος (i. e. Νικιαία) Theocr. 28, 9, ut e libris restituimus.

2) Aeolica vocantur feminina<sup>4</sup>) in ies pro ih vel ia, ut

2) Callimach. ap. Diog. Laert. I, §1. (Πίττακον) τὸν Μιτυληναῖον παῖδα τὸν Ἐῶραδιον, ut ipse Diog. Laert. Πίττακος Ἐῶραδιον. — Suid. Πίττακος υἱὸς Καῖκον καὶ Ἐῶραδιον Θρακός. — Phav. Lex. Ἐῶραδιος κύριον, ὁ πατήρ τοῦ Πιττάκου.

3) Suid. Ἐῶραξ ἐπιρῶμα ἀντὶ τοῦ μίγδην, ἀναμίξ. Hesych. ἔραξ, μίγδην, ἀναμίξ. Id. συῶραδος· νόθος, μικτός, εἰκαῖος leg. συῶραδιος. — Theogn. Ox. II, 23, 22. ἔραξ, μίγδην, ἀναμίξ· Ἐῶραδιος, προγονίος ἢ ἄδοξος, quae ex Hesychio corrigas. Apud Herod. π. μ. λ. 18, 9. inter nomina in adios afferuntur μίχθαδιος, Ἐῶραδιος, μολπάδιος etc.

4) Scholl. A. II. s, 299. ἀλλὰ — τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ ἄλλης Αἰολικῆς αἰτό φασιν· τοῖς γὰρ εἰς ἦ παράκειται εἰς ies ὡς ἑορτῆ καὶ ἑορτίς καὶ

ἄλις, ἄγυρις, ἔροτις, κίθαρις, ἡάρις pro αὐλή, ἀγορά, ὄρη, κιθάρα, χαρά. At pleraque in vulgata lingua aut apud Homerum leguntur, ἔροτις apud Euripidem Electr. 20; quare non alia de causa Aeolica illa vocari videntur, quam quod accentum retrahunt. Neque de Aeolica origine aliquid colligere licet ex  $\bar{o}$  in  $\bar{u}$  mutato in ἄγυρις, quia ea vox non magis Aeolibus propria est quam ἐπώνυμος et similia, neque e duplicata liquida in δέρις, quod grammatici male huc trahunt, quum nihil commune habeat cum δειρή.

Non majore jure abstracta in  $\bar{v}$ s Aeolica dicuntur<sup>5)</sup>, ut κιθαριστός.

3) Aeolibus grammatici tribuunt<sup>6)</sup> adjectiva in  $\bar{\omega}$ νιος possessiva significatione, a genitivo pluralis derivata, ἀλ-

ἢ ὑπερθέσει ἔροτις. — Eust. 1908, 53 ad ἔορτή: Αἰολεῖς δὲ προταροξυτόνως καὶ κατὰ μετὰθεοῖν ἔροτιν ὡς ἀπὸ εὐθείας τῆς ἢ ἔροτις: (d. 381, 4. κίθαρις — ἐκ τοῦ κιθάρα καὶ ἐστὶν ἴσως Αἰολικόν· διὸ καὶ προπαροξύνεται κατὰ τὸ ἔορτή ἔορτις (sic)· τοιοῦτο δὲ καὶ τὸ αὐλή ἄλις, ἔτι δὲ καὶ τὸ χαρὰ ἡάρις, cf. de ἄλις p. 265, 13 et de ἄγυρις, quod cum ἔροτις (sic) comparatur p. 1430, 39. — Et. M. 262 fin., Gud. 136, 48, Ann. Ox. I, 114, 1. δειρή — οἱ Αἰολεῖς δέρις καὶ κατὰ παρασχηματισμὸν δέρις.

5) Scholl. D. II. β, 600. κιθαριστὸν — ὁ σχηματισμὸς τῆς λέξεως Αἰολικὸς ὁμοίως τῷ ὄρηστὸν.

6) Ann. Ox. IV, 329, 22. ὁ μὲν διὰ τοῦ  $\bar{\omega}$ νιος Ῥηγίων ἐστὶν, ἐπεὶ συνεχῆς παρ' αὐτοῖς ἀπὸ γενικῆς γίνεται· ἀνάκων ἀνακώσιος· χαρίτων χαριτώσιος. Ὁ διὰ  $\bar{\omega}$ νιος Αἰολίων ἐστὶν· πολὺς γὰρ ἐστὶ παρ' αὐτοῖς. Ἀλώνιος (leg. ἀλλώνιος)· παντώνιος (cf. Hesych. παντόνια, παντοδαπά)· ἑτερώσιος· τοιοῦτον τὸ Ἐλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα παρ' Ὀμήρῳ· οὕτως καὶ ἀνεμώσιος· ἀνέμων (leg. ἀνέμων), ἀνεμώνιος· ἀλλαχῶ μεταμώνιος· τοῦτο συγκέκοπται, τὸ πρότερον τέτραπται. — Ann. Ox. I, 152, 30, ubi ἑτώσιος mira ratione derivatur ab ἄετος non verus, gen. pl. αἰέτων: αἱ ἀπὸ γενικῶν πληθυντικῶν ὀνομάτων διὰ τοῦ  $\bar{\omega}$ νιος γινόμενων (sic) παραγωγῆ διχῶς σχηματίζονται· καὶ διὰ τοῦ  $\bar{o}$  (leg. ο) καὶ διὰ τοῦ  $\bar{v}$ · καὶ ἡ μὲν τῶν Ῥηγίων διάλεκτος διὰ τοῦ  $\bar{o}$ · οἷον αἰέτων αἰτώσιος· ἡ δὲ τῶν Αἰολίων διὰ τοῦ  $\bar{v}$ · οἷον ἑλικη, ἑλικης, ἑλικων (leg. ἑλικῶν) ἑλικώνιος· ἀνέμων ἀνεμώνιος; eadem, minus plena tamen, leguntur in Et. M. 387, 46, Et. G. 216, 31, Ann.

λώνιος, ἑτερόνιος, παντώνιος i. e. ὁ ἄλλων, ἀλλότριος etc., ut cujas a cujus descendit. Grammatici male hanc Aeolicam rationem adhibent ad Homericum Ἐλικώνιος explicandum, nec melius adjectivum ejusmodi ἀνεμώνιος fingunt, unde deducant ἀνεμώνιος et μεταμώνιος; quae praeterea affert scholiasta Homericus, corrupta sunt, neque videtur hoc adjectivorum genus nisi ab adjectivis illis pronominalibus descendisse, quae multas derivatorum formas, substantivis ignotas, communes habent, ut ἄλλοσε, πάντοσε, ἐτέρωσε, ἄλλοῖος, παντοῖος, ἑτεροῖος etc. De adjectivis in ῥιος et ασις, quae idem scholiasta Aeolibus tribuere videtur, minus judicare licet.

## §. 31.

## De universa Lesbiacae dialecti indole.

Jam inter antiquos erant, qui universam Aeolicae dialecti indolem describere, inde singula, quibus a reliquis dialectis differt, explicare conarentur. Ita Scholl. Dion. Thr. 661, 28. τὸ δὲ Αἰολικὸν τῷ τ' αὐστηρῷ τῆς διαίτης καὶ τῷ τῆς φωνῆς ἀρχαιοτρόπῳ· διὰ τοῦτο καὶ τὴν βαρῦτητα τῶν τόνων καὶ τὴν ψιλότητα ἐξηλώκασιν. Adversus quem disputat alius grammaticus ibid. p. 662 extr. τοῦτο δὲ οὐ πιθανόν. τί γὰρ ἢ βαρεῖα τάσις καὶ τὸ ψιλὸν πνεῦμα πρὸς τὸ αὐστηρὸν τῶν τρόπων αὐτῶν; ἀλλὰ διὰ τοῦτο βαρυντικοὶ εἰσι καὶ ψιλωτικοὶ οἱ Αἰολεῖς, ἐπειδὴ τοῖς ἀσθενεστέροις χαίρουσι· καὶ γὰρ τὸ φθείρω φθέρῳ λέγουσι καὶ τὸ σπείρω σπερῶ — τὸ δὲ θέσει μακρὸν ἀσθενεστέρον ἐστὶ τοῦ φύσει μακροῦ — καὶ ἡ βαρεῖα τάσις ἀσθενεστέρα ἐστὶ

Ox. I, 162, 14. — Scholl. B. II. v, 404. οἱ Αἰολεῖς παρὰ τὰς γενικὰς τῶν πρωτοτύπων ποιῶσι κτητικούς τύπους· ἑταίρων ἑταιρώνιος (leg. ἑτέρων ἑτερώνιος), ἀνεμώνιος, ἐτοιμώνιος (leg. μεταμώνιος), Ἐλικώνιος, τὰ τε διὰ τοῦ ῖος, εἰ μὲν τὸ πρωτότυπον εἰς ὄς ἔχει, διὰ τοῦ ῥιος, Ἰθακος Ἰθακήσιος, βροτήσιος, ἐτήσιος· εἰ δὲ τρέπεται τὸ ἦ τοῦ πρωτοτύπου εἰς ᾶ παρὰ Δωριεῦσι, διὰ τοῦ ᾶ· Περμνάσιον, Κορυφάσιον· οὕτως ἔχει καὶ τὸ Κοράσιον, ὃ μᾶλλον ἐστὶ Μακεδονικόν.

## §. 31. De universa Lesbiacae dialecti indole. 161

τῆς ὀξείας — καὶ ἡ ψιλὴ τῆς δασείας ἀσθενεστέρα. — Quibus rationibus homo haec probare studeat, in ipso libro quaerat, cui talia placent. Nobis quidem nil nisi verba et merae nugae videntur. Ridicule grammaticulus iste βαρεῖαν Aeolum τάσιν debiliorem vocat quam ὀξεῖαν, quasi accentum in fine evitatum non haberent in alia vocis syllaba, cui majorem facile aliquis vim adscripserit, quia non, sicut acutus in fine, lenitur ante sequentem vocem. Libentius conceditur, quod syllabam positione longam et spiritum lenem debiliores dicit, quanquam diversissima est utriusque ratio, quum lenis spiritus molle quid habeat, duplicata consonans contra rigidius quoddam et asperius. Neque meliora sunt, quae alibi de breviorum syllabarum apud Aeoles amore leguntur<sup>1)</sup>, unde repetuntur κέρρω pro κείρω, μέλαις pro μέλας et similia. Rectius jam alter ille Dionysii scholiasta in Aeolum psilosi et barytonesi αὐστηροῦ et ἀρχαιοτρόπου aliquid inesse dicit. Nam et accentum retractum et lenis usum, quatenus Aeolum fuisse videtur, ex antiquissima Graecorum lingua transmanasse, Latinorum in utraque re consensus satis prodit; antiquiora autem facile severiora habentur. In multis tamen Acolica dialectus longius ab antiqua ratione recessit, quam aliae dialecti, ut quum  $\bar{a}$  in  $\bar{o}$  mutat, aut  $\bar{\tau}$ , a Doribus servatum, Ionico more in  $\bar{\sigma}$ , quae neque antiqua sunt neque severa. At de antiquitate

1) Et. M. 575, 54 (Ms. Leid. ap. Koen. ad Greg. 600) *Αἰολικῶς μέλαις καὶ τάλαις, ἐπειδὴ χαίρουσι τῇ βαρεῖα τάσει, ὡς τὸ Πηλεὺς Πήλεως, χαίρουσι καὶ τῇ βραχυτέρᾳ συστολῇ (leg. συλλαβῇ e Leid.) τὸ κείρω κέρρω λέγοντες, τοῦτου χάριν προστιθεῖσι καὶ ὡς τὸ  $\bar{\tau}$ , ἵνα βραχυτέραν τὴν συλλαβὴν ποιήσωσι· τὸ γὰρ  $\bar{a}$  τὸ μακρὸν μεῖζον ἐστὶ τῆς ἐχούσης (add.  $\bar{a}\bar{i}$  διφθόγγου e Leid.) τὸ  $\bar{\tau}$  ἐκφωνούμενον. Inde corrigendus Greg. Cor. 602 de Θόαις: τάσει χαίρουσι (add. βαρεῖα) καὶ ταῖς τῶν βραχυτέρων συλλαβαῖς (leg. ταῖς βραχυτέραις), τὸ Πηλεὺς Πήλεως λέγοντες καὶ τὸ φθείρω φθέρρω, ἢ γὰρ θίσει μακρὰ ἐλάττων ἐστὶ τῆς φύσει μακρᾶς· ἐπεὶ οὖν τὸ φύσει μακρὸν  $\bar{a}$  μεῖζον ἐστὶ τῆς  $\bar{a}\bar{i}$  διφθόγγου τῆς ἐχούσης τὸ  $\bar{\tau}$  ἐκφωνούμενον (ὁ γὰρ ποιῶν ἔργον δύο στρατιωτῶν ἰσχυρότερός ἐστιν ἐκείνων!!!) χρῶνται τῇ  $\bar{a}\bar{i}$  διφθόγγῳ.*

singularum dialectorum alio tempore accuratius disputandum est. — Multo istis grammaticulis meliora docet Heraclides Ponticus apud Athen. XIV p. 624, Aeolibus tribuens τὸ ἦθος τὸ γαῦρον καὶ ὀγκῶδες, εἶ δὲ ὑπόχαυρον, quae etiam ad dialectum adhibere licet. Nam tale quid profecto agnoscitur in barytonesi, qua vox in singulis dictionibus commoratur, ut fit apud Latinos et Germanos, non rapido cursu ad sequentia volat; tale in vocaliam, quae graviolem sonum habent, amore, ut  $\bar{a}$  in  $\bar{o}$ ,  $\bar{o}$  in  $\bar{u}$  transeunt; tale in diphthongis, quas haud raro pro reliquarum dialectorum simplicibus vocalibus habent (vid. §. 5, 5; §. 10; §. 15, 3), nec minus in diphthongorum diaeresi, quia et diphthongi plenius quid sonant, quam vocales, et ipsarum illarum singulae partes magis quam apud reliquos distinctae gravitatem etiam augent; tale denique in  $\bar{\beta}\rho$ , quod in fronte vocum habent, in  $\bar{o}\delta$  pro  $\zeta$  et in consonantibus duplicatis, quae non poterant nisi ore magna sonante pronuntiarı. Et in his quidem Hispanicae linguae similitudo quaedam apparet, quae quod liquidas haud raro duplicatas molliore quodam, quam nos, sono profert, Coruña, llano, vix alienum erat ab Aeolibus. Neque fere dubito, quin, qui accuratius Hispanorum sermonem cognitum habet, plura reperturus sit, quibus cum Lesbiis conveniat, quorum poëtae, sive Alcaei fortissimum animum spectas, nullis malis fractum, periculorum amantem, odio in adversarios flagrantem, sive Sappho amore fervidam, divinae artis consciam, nescio quid Hispanici spirare videntur.

Negleximus modo et alia et quaecunq̄ue Lesbiacae dialecto cum Doriensibus communia sunt, neque omnino iis, quae de dialecti indole monuimus, multum tribui volumus. Difficillimum enim iudicamus, dialecti vel linguae alicujus ingenium depingere, praesertim ubi viva vox, quae non potest unquam literis satis exprimi, dum silentio cecidit. Aliis acutioribus integrum relinquimus opus, Lesbiorum moribus, arte, dialecto comparatis, veram populi imaginem delineandi. —

2) Restat ut moneamus de Aeolicae dialecti mutatione, quam annis circumvolventibus factam esse et ratio evincit et grammatici indicant, inter antiquorum et recentiorum Aeolum dialectum discernentes. Nam primum Herodianus, unde Choeroboscus hausit (vid. §. 21. not. 9), antiquorum Ionum et Aeolum dicit esse Ἀχιλλῆος et Ἀχιλλῆος recentiorum Ionum Ἀχιλλεῖος, Aeolum Ἀχιλλειος, quod memorabili ratione inde confirmatur, quod, quum Lesbiaca inscriptio Alexandri. M. tempore exarata nr. 2166 antiquum η̄ in his teneat, Lampsacenum marmor recentius πρέσβεια pro πρέσβηα praebet. vid. §. 21 nr. 6. Igitur haec antiquae dialecti mutatio post Alexandrum M. invaluit. Ab eodem haud dubie Herodiano manavit<sup>2)</sup>, quod antiqui Iones Ζῆν, Ζηνός, recentiores Aeoles et Iones Ζὰν, Ζανός dixisse referuntur, de qua re diximus §. 13, 5.

Aliud recentioris Acolismi discrimen in eo vidimus, quod, quum antiquiores Lesbii Alcaeus et Sappho haud raro digamma usi essent, in titulis, ne in antiquiore quidem nr. 2166 nusquam id conspiciatur. Alia ibidem suspicati sumus (§. 5). — In reliquis Lesbiacus titulus nr. 2166 antiquam linguam accurate refert; Lampsacenus ubi declinat ad vulgarem linguam, aliam rationem subesse indicavimus §. 2; Romanorum imperii tempore, quo reliquae inscriptiones exaratae sunt, vulgarem dialectum antiquae Aeolicae subinde admisceri, nemo est, qui miretur.

2) Ann. Ox. III, 237, 23 in fragmento grammatici, quod etiam Cramerus ex Herodiano excerptum iudicat: Ἰστίον ὅτι τοῦ Ζῆν, Ζηνός ἐφύλαξαν οἱ παλαιοὶ Ἴωνες τὴν κλίσην οἶον

ἐπεὶ δ' ἴσχε Ζηνός ἐνηρέφηε δόμοις ζάρης·

μεταγενέστεροι Αἰολεῖς ἔτρεψαν Ζανός καὶ Ζὰν: καὶ ἔτι μεταγενέστεροι οἱ Ἴωνες διὰ τοῦ Ζὰν (add. ὁμοίως) τῷ Ἀνάκων·

κλῦθι μοι Ζανός τε κούρηξαντελευθερίω (leg. κούρη — Ζανί τ' ἐλευθερίω).

Πάλιν ἄπορον τὸ ᾱ εἰς η̄ (leg. η̄ εἰς ᾱ) τέτραπται· τὸ γὰρ ἐναντίον τὸ ᾱ εἰς η̄ τρέπονται το Ζανός Ζηνός εἰρήκασι (sic)· λέγω δὴ ὅτι οὐκ ἔτρεψαν ἀλλ' ἐμιμήσαντο μεταγενεστέρους Αἰολεῖς.

**De dialecto Boeotica.**

## §. 32.

**De fontibus.**

1) Boeoticae dialecti cognitio maxime ex inscriptionibus hauritur; inter Boeoticos titulos in Corpore Inscriptionum Graecarum collectos Boeotica dialecto utuntur hi:

**Orchomenii:** nr. 1564 post Alexandrum M. scriptus, quia Alexandria in Troade commemoratur \*); nr. 1568; nr. 1569, a, reliquis longior et melius servatus, post Ol. 111 scriptus; nr. 1569, b, pauca lacera verba continens; nr. 1569, c, valde lacer et corruptus; nr. 1573; nr. 1579. 1580. 1583 ejusdem, ut videtur aetatis; nr. 1593 non antiquior Olympiade 116. Omnes inscriptiones Orchomenias, quae Boeotica dialecto utuntur, ante Ol. 145 exaratas existimare licet, quia nr. 1584, quae jam vulgarem dialectum prae se fert, ex eo tempore esse videtur; Thespienses tamen jam ante Ol. 135 vulgari lingua in publicis documentis usi sunt, vid. Boeckh. ad C. I. nr. 1590.

**Chaeroneenses:** nr. 1581 brevis et lacer, nr. 1595—97 breves et incertae lectionis.

**Lebadeenses:** nr. 1571 ita laceratus et tot transcribentis erroribus foedatus, ut nisi in paucissimis eo uti non liceat; nr. 1575 aliquanto melius habitus; nr. 1588.

**Copensis** nr. 1574 valde lacer et corruptus.

**Thebani:** nr. 1564 decretum Bocotorum, quo Nobae Carthaginensi proxenia datur, continens, igitur ante a. 146 scriptus; nr. 1576 valde corruptus; nr. 1577; nr. 1578 lacer et corruptus.

**Tanagraeci** nr. 1562. 1563; praeterea antiquitate

---

\*) Quae de titulorum aetate monemus, omnia Boeckhio debemus.



insignes sunt nr. 1599. 1647, quanquam pauca tantum verba amplectuntur.

Accedunt pauci alii, qui singulas voces praebent. Omnes fere saeculo a. Chr. tertio exarati videntur, exceptis antiquioribus Tanagræis 1599. 1647 et aliis quibusdam brevissimis; neque tamen hi quartum saeculum superaverint.

Reliquae inscriptiones Bocoticae vulgarem Graecitatem offerunt (nam Chalienses 1567. 1594. 1607, in quibus Dorica dialectus conspicitur, non recte a Boeckhio Bocotico oppido Chaliae tributos esse, docebimus §. 54). Raro in his haesit aliquid e peculiari Bocotorum dialecto, maxime in nominibus propriis.

2) Scriptor nullus, quantum scimus, Bocotica dialecto usus est praeter Corinnam Tanagraeam, quam Pausanias (IX, 22, 3) dicit carmina cecinisse, *ὄποια συνήσειν ἔμελλον Αἰολεῖς* i. e. Acoles Boeoti. Ejus nunc perpauca fragmenta supersunt et ea quidem valde corrupta, vel sic tamen insignia Bocoticae dialecti documenta. In hexametris quidem, quos duos reliquos habemus (fr. 14. 15), Boetica dialecto non usa videtur; in ceteris fragmentis strictior Bocotismus, ubi nunc desideratur, eo magis restituendus esse videtur, quia grammatici, quae de Bocotica dialecto praecipuunt, e Corinnae maxime, si quid video, carminibus didicerunt; vid. nr. 3. Ipsa fragmenta in Appendice emendatiora addidimus.

Praeterea Aristophanes in Acharnensibus inde a v. 826 Boeotum loquentem introducit; neque tamen, ut in Lysistrata Laconum, in ipsis Acharnensibus Megarensium, ita Bocotorum dialectus cum aliqua fide expressa videtur. At multa, quae Bocoticam proprietatem negligere videntur, recte Boeotismum ejus aetatis, postea mutatum referre, infra §. 41 docebimus. Nonnulla Attica, sive Aristophanis sive librorum culpa intermixta esse, non mirum est, quae plerumque silentio praetermitteremus.

3) Grammatici haud pauca de Bocotica dialecto tradunt, maxime Heraclides, Apollonius et Herodianus, ad

quæ omnia fere referenda videntur, quæ a Choerobosco, Theognosto et in Etymologicis docentur. Apollonius sæpe et Herodianus (Cor. fr. 2) Corinnam Boeoticae dialecti auctorem habent, neque dubium videtur quin etiam ceteri cognitionem suam fere omnem ex illius carminibus hauserint, quia horum grammaticorum tempore Boeoticae dialecti rara tantum vestigia apud infimam plebem superesse poterant. Quanquam antiquiores grammaticos, qui Corinnae carmina recensuerunt, ex ipso populi ore eam, qua opus erat, cognitionem hausisse, satis certum habemus. cf. §. 41. — Plerumque grammatici, ut monuimus §. 1, accurate distinguunt inter dialectum Aeolicam et Boeoticam, raro hanc Aeolicae nomine significant. Quare in tanto Aeolicarum dialectorum discrimine nunquam, quæ Aeolica vocantur, Boeotis adscribere licet, nisi aliunde de Boeotica dialecto fides accedat.

## §. 33.

## De accentu.

De Boeotorum accentu nihil fere discrete a grammaticis praecipitur, sed inde maxime intelligitur, cum non discrepasse a vulgari more. Nusquam id magis apparet, quam in Apollonii libro de pronomine, qui quum accuratissime moneat, Aeoles i. c. Lesbios gravi accentu ἔγων et ἔμοι protulisse, ubique de Boeoticarum, quas affert, formarum, accentu tacet, ita ut recte apud illum scribi videantur ἰών pro ἔγων p. 64, ἐμὺ p. 104 pro ἔμοι, οὐμές pro ὑμεῖς p. 119 etc.; adeo ἐμοῦς Boeotis et Syracusanis commune dicit p. 94. Valde dolendum est, quod Herodianus <sup>1)</sup>, ubi Boeoticam vocem βανα pro γυνή ac-

1) Herod. π. μ. λ. 18, 18. τὰ διὰ τοῦ ἀνῆ ἐκφερόμενα θηλοῦ μονογενῆ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς πάντα βαρύνεται· πτωσάνη etc. (praeter μηχανῆ) — προσέθηκα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς διὰ τὸ φανῆ παρ' Ἡσιόδου — τὸ γὰρ παρὰ Κορίνην βάνα οὐ κοινὸν οὐδὲ εἰς τῆ λῆγον, ἀλλὰ ἴδιον θέμα Βοιωτῶν τασσόμενον ἀντὶ τοῦ γυνῆ. Licet interpretari,

centus causa affert, tam ambigue locutus est, ut in utramque partem de vocis accentu disputari possit; nam quod acutus in penultima ibi positus est a librario, non habet plus auctoritatis, quam quod eadem vox in fragmento Corinnae apud Apoll. de pron. p. 65 βανά scripta est. Accedunt autem multa Boeotica nomina propria, quae accentum in ultima habent, ut Ἐρχομενός, Κωπαί, Μυκαλητὸς, Βοιωτὸς (nam Βοίωτε apud Cor. 2 levioere auctoritate nititur), Ἐλικὸν, Κιθαιρῶν, Ἴσμηνός, Ἄσωπὸς, Ἀύλις e diserto testimonio <sup>2)</sup>, quanquam appellativum αὐλις gravi accentu scribitur et Aeolicum habetur. In his omnibus accentum a reliquis Graecis mutatum aut male traditum esse, parum probabile videtur.

Retracti apud Boeotos accentus testimonium si quis apud Theognostum <sup>3)</sup> sibi reperire videtur, τραπέζιος, Boeoticam vocem, accentum in antepenultima habere docentem, reputet nihil esse, cur propter accentum retractum eam vocem Boeoticam vocari arbitremur. Nec minus alia, quae eo trahere possis, ubi formis, quae ex Acolica et Boeotica dialectis repetuntur, gravis adscribitur <sup>4)</sup>, leviora sunt, quia soli Aeoles in accentu describendo respici poterant.

βανα non in censum venire, quanquam non minus quam φανῆ oxytonon, aut, quanquam secundum generalem regulam barytonon.

2) Eust. 265, 12. ὀξύνεται δὲ ἡ Αὐλις ἀναλόγως διὰ τὴν παρωνυμίαν, ὡς πύλη πυλῆς· τὸ δὲ βαρῆτονον, ἐξ οἷ καὶ ἡ ἔπαυλις, Αἰολικὸν εἶναι φασιν· βαρυντικοὶ γὰρ οἱ Αἰολεῖς. Καὶ ἄλλως δὲ ἡ μὲν Αὐλις ὡς ἐκ τοῦ αὐλίζω, αὐλλῶ ἐχοι ἂν ἴσως τὴν ὀξείαν τόνωσιν, ἡ δὲ αὐλις τὴν βαρεῖαν πρὸς διαστολήν.

3) Theogn. Ox. II, 53, 27. τὰ διὰ τοῦ οἰος ὀξήτονα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς διὰ τῆς οἰ διφθόγγου γράφονται. — τὸ Ζάτοιος, Ἄθιοις κίρια ὄντα προπαροξύνονται· οἷς ὅμοιον καὶ τὸ τραπέζιος, Βοιωτικὸν ὄν, καὶ κατὰ τόνον καὶ κατὰ γραφὴν. cf. §. 40, 5.

4) Eust. 75, 32. ἰσὶ δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς Βοιωτῶν καὶ Αἰολῶν ὁ τοιοῦτος τύπος τοῦ σχηματισμοῦ, διὸ καὶ τινα ἐκ τούτων προπαροξύνονται, ὡς ἐνταῦθα τὸ μητίετα. — Id. 1613, 20. Αἰολικὸν ἡμὶ καὶ Βοιωτικῇ μεταθέσει τοῦ ἦ εἰς τὴν εἰ διφθόγγον εἰμὶ ἡμαρτημένον ὄν,

Quaquam igitur non audemus certissimum pronuntiare, tamen, in tanta praesertim Lesbiacae et Bocoticae dialecti diversitate, probabile videtur, Boeotos non fuisse βαρυντικούς. Cautius certe duximus, in Boeoticis omnibus vulgarem accentum servare.

## §. 34.

## De spiritu.

Non minus quam barytonesin recentiores Boeotis psilosin tribuere solent, quia Aeolica vocatur. Aspero tamen Bocotos usos esse certissimum est. Primum Apollonius de pron. p. 64 (e Tryphonis, ut videtur, sententia, cf. §. 45, 1) Bocoticum *ιδών* pro *ἐγὼ* aspero instructum esse tradit, ἐπεὶ δασύνεται τὰ φωνήεντα ἐν ταῖς ἀντωνυμίαις, ὅτε πρὸ φωνηέντων γίνεται, unde, etiamsi quis grammaticum male regulam suam adhibuisse opinetur, hoc tamen certum est, cum Bocoticam psilosin ignorasse. Praeterea et Apollonius et reliqui grammatici, ubi Boeoticas formas afferunt, nunquam de spiritu monent, ut *ἀμίον* pro *ἡμῶν* Aeol. *ἀμμίων* (de pron. p. 121). Deinde in antiquioribus titulis, qui spiritus asperi signum scriptum habent, leguntur nr. 1637 *ΗΛΙΤΕΣΑΝΑΡΟΣ* et 1642 *ΗΠΠΙΛΑΡΧΙΑ*; neque minus in nr. 1569 hoc signum retentum est in siglis *HE* pro *ἑκατον* et *H* pro *ἡμιοβόλιον*. Tenui in aspiratam mutata spiritus asper proditur in *καθάπερ* nr. 1563, *α*, *καθ' ἕκαστον* 1569, *α*. III., *ἀφεδριατευόντων* 1593, *Ἐφιππος* 1640, item apud Corinnam fr. 1 *χειρώαδων* pro *καὶ ἡρώαδων*, 7 *πεντήκονθ' οὐψιβίας* pro *ὕψιβίας*, 8 *ἐφ' ἔππω*. Adeo media mutatur in *οὐθέν* 1569, *α*. III.

Boeoti igitur non solum non ignorant asperum, sed etiam iis, quibus ne Dores quidem, ceterum asperi non

---

τῶ τόνῳ — τὰ γὰρ Λιολικὰ δῆλον ὅτι βαρύνονται. Neque in contrariam partem aliquid efficere velim ex iis, quae Choerob. Bekk. 1224 de Boeoticorum genitivorum in *ᾰῶ* accentu disputat, ἀργιστῶ scribendum esse docens.

osores, cum addebant, ut *ἰών*, si Apollonio credimus, *Ἀγέλσανδρος* cf. Giese de dial. Aeol. p. 417; neque *ὑψι* apud Lesbios asperum habebat, aut, si recte disputavimus §. 4, 9, *ἵππος*.

Contrarium videtur unicum Corinnae exemplum fr. 4, *ἀπ' εἰῶς* ex Apoll. de pron. p. 98, ubi, quum lectio certa videatur, asper ipsius Apollonii regula, quam antea attulimus, postuletur, tenuis eodem modo relicta videtur, quo saepe in Doricis scriptoribus teste Apollonio de synt. p. 335, qualia leguntur etiam in titulis Doricis, ut in Theraeo 2448, IV, 11 *ἐπ' ἀμέρας*, in Rhodio 2525; b *ἐπ' ἱερῶς*, in Calymnio 2671 *μετ' ὁμονοίας*.

Lenis praeterea pro aspero scribi solet in vocibus Boeoticis, quae *ῶ* initiale in *ου* mutarunt (§. 38, 5), ut *οὔμης* Cor. 9, *οὔμιων* Cor. 11, *οὔμαι* apud Hesychium (contra *οὔμιν* Ann. Ox. I, 146, 15), *Οὔριας* Cor. 6 pro *ῶριας*, *Οὔριενς* Scholl. Nic. Ther. 15 pro *ῶριενς*, *οὔλη* et *οὔδαρ* Heraclid. ap. Eust. 23, 28 et Hort. Ad. f. 205. Neque mirum esset, si in his vocali mutato etiam spiritus mutaretur, quia *ῶ* proprium sibi postulat asperum, qui antiquiori sono, qualem exprimit Boeoticum *ōū*, non necessarius est. Neque tamen hoc *ōū* ubique lenem habuisse, grammaticorum libris credimus, et *πεντήκονθ' οὔμβιας* Cor. 7 certius asperi indicium habet, quanquam in hac voce facilius lenem ferremus. cf. §. 4, 5. Res non potest ad liquidum perducī.

## §. 35.

## De digamma.

1) Boeotos quoque digamma usos esse et grammatici docent (vid. §. 5 not. 2) et tituli. Hi primum ante vocales initiales digamma praebent in his vocibus, quarum minus certas asterisco notamus:

\* *ἸἌδων* N. P. 1574 e conjectura Boeckhii pro *Γἄδων*.

\* *ἸἈναξίων* N. P. 1574 ex ejusdem conj. pro *Ἰαναξίων*.

*Ἐργων* N. P. nr. 1569, a. III ab ἄρνες.

*Ἐάστιος* (i. e. ἄστειος) nr. 1569 e certa Boeckhii emendatione pro *ἔαστιος*, ut etiam in nummis Boeoticis legitur *ἘΑστ.* vid. Eckhel D. N. II. p. 196.

*Ἐλάτια* et *Ἐλατιῆος* pro *Ἐλάτεια* et *Ἐλατειᾶϊος* nr. 1569, a. III.

*Ἐέτος*, plur. *Ἐέτια* nr. 1569, a. III et *ἘικατιἘέτιες* nr. 1575 e certa Boeckhii emendatione pro *τιχατιἔέτιες* vel *ἰλατιγέτιες*.

\* *Ἐιδρίας* N. P. nr. 1573, 3 e Boeckhii emendatione pro *Νιδρίας* a *Ἐιδεῖν*, unde etiam *Ἐιδήμων* descendet, quod Boeckhii nr. 1574, 21 e conjectura scripsit pro *Ἐλήμων*, in quo potius *Ἐυδήμων* i. e. *Ἐυδαίμων* latere suspicamur.

*Ἐικατι* nr. 1569, a. III. cf. *Ἐέτος*, pro *ἔκοσι*

*Ἐισοτέλια* nr. 1562. 1563, b.

*Ἐοι* nr. 1565 e certissima emendatione pro *οἰ*.

*Ἐοικία* nr. 1565 e certa emendatione pro *ἔοικία*, ut *Ἐοκία* (οῖ in ὦ mutato) legitur nr. 1563, a. 1564, unde solum *Ἐυ...* restat nr. 1562.

Nunquam hoc digamma initiale in titulis neglectum reperitur \*); nam *ἔκαστος*, quod digamma caret nr. 1569, a. III, ne in Homericis quidem dialecto recte illo instructum fuisse putatur.

Corinnam digamma usam esse docet Apoll. de pron. p. 136, qui postquam Aeoles et Alcmanem pronomen possessivum tertiae personae cum digamma proferre tradidit (§. 5 not. 4), similem usum adscribit Corinnae, in cuius verbis (fr. 10) pro *πηδεγον* rectius emendatum est *πῆδα Ἐδὸν* quam ab aliis *πῆδα Ἐδὸν*. Nam formas tertiae personas, quae ε̄ in fronte habent, digamma initiale

\*) *Ἐργοκλειῶς Ἐνιοχίδαο*, ut Boeckhii nr. 1593 dedit Cockerelli apographum sequutus, in quo, si comparatur *Ἐργων*, digamma omissum esset, minus vera videtur lectio, quam Leakii *Ἐνιοκλειῶς Ἐνιοχίδαο*, nominum patris et filii consueta similitudine commendata.

ignorare, aliquando ex Homerica dialecto docebimus. Nec digammi vestigium est in Corinnae εῶς et εῖν. vid. §. 44, 3. — Non scriptum est digamma in ἄναξ Cor. fr. 2 et ὕδα (pro οἶδα), si recte ita emendavimus fr. 1, quod librarium culpae dare metrum incertum permittit.

Boeoticae denique habendae sunt Hesychii glossae γίξαι, χωρήσαι, γίπον, εἶπον, γίαρως, ἔαρ (leg. ἔαρως cum Guyeto) et γλο, αὐτοῦ, in quibus εἰ et ε̄ in ī mutata dialectum, quanquam non nominatur, produnt, et γ solito errore pro F positum est. Igitur corrigas Fῖξαι i. e. εἶξαι, Fῖπον, Fῖαρως, Fῖο, de quarum vocum antiquo digamma satis constat.

2) In mediis vocibus tituli raro digamma praebent. Praeter compositum *ἘκατιFέτιες* nr. 1575 (vid. supr.) scriptum legitur nr. 1583 in *ῥαψαFυδός, αὐλαFυδός, κισα-ραFυδός, τραγαFυδός, κωμαFυδός* pro *ῥαψαοιδός, ῥαψωδός* etc., deinde in nominibus propriis *ΒακείFη* nr. 1639 et *ἘFάρα* in nummo. Interdum inter vocales, ut in Lesbica dialecto in *ῥ* mutatum est: *βούων, βούεσσι* nr. 1569, a. III. cf. bovis, *Ἀρχεναυίδας* N. P. nr. 1571. cf. navis, *Ἄρενα* Cor. 3, ut apud Aeoles Asianos.

Plerumque tamen digamma in mediis vocibus plane negligitur, ut in ipso *αἰδῶ*, unde *αἰδῶν* (non *ἄδων* cum Boeckhio) legitur nr. 1579. 1580 et Cor. 8 e nonnullis libris, *εὐεργέτας* nr. 1562—65, quanquam de vocis *ἔργον* digamma satis constat, *Διῦ* nr. 1568, quum *ΔιFi* scriptum sit in galea Argivorum. Adco digamma ejecto *ε̄* ante sequentem vocalem in *ῥ* mutatum est in *Νιῶνιος* nr. 1574 a *νέος* (cf. Sanscr. *navas*, novus) *ῥιοντος* 1569, c (cf. *ῥεύσω*), *Κλιῶν, Κλιῶνιος* a *κλέος*, quod non minus digamma habuisse alio tempore docebimus. Et in hac quidem stirpe digamma plane periisse, docent etiam *Πασικλιῖν, Δαμοκλείος* et similia (§. 44), *Δαμοκλίδας, Ἡράκλειτος* 1575 etc. — Minus certum est digamma initiale in compositione ita neglectum, ut contractio liceat. Nam pro *Κλιοναξ* 1575, quod Boeckhio correxit in *Κλιῶναξ*, possis *Κλιοναξ* suspicari, et *ἀγροῖκος*, unde *Ἀγροκίχως*

1574, 25, fortasse non est ex οἶκος compositum, si credis Pottio (*Et. F. I.* p. 268).

## §. 36.

**De consonantibus simplicibus.**

1)  $\bar{\pi}$  pro  $\bar{\tau}$  ut apud Lesbios (§. 6, 1) est in πέτταρα, πετταράκοντα nr. 1569, a. III. pro τέσσαρα; τεσσαράκοντα.

$\bar{\pi}$  pro  $\bar{\beta}$  Boeotos usurpasse, certe in πούλιμος pro βούλιμος, auctor est Plutarchus <sup>1)</sup>), neque tamen ullum praeterea ejus mutationis vestigium reperitur.

$\bar{\beta}$  pro  $\bar{\delta}$  Bocoti non minus quam Aeoles ponere dicuntur in βελγῖνες, Βελφοί <sup>2)</sup>); exempla etiam hic desiderantur.

$\bar{\delta}$  pro  $\bar{\beta}$  in ὀδελός pro ὀβελός levissima auctoritate Boeoticum dicitur <sup>3)</sup>).

$\bar{\beta}$  pro  $\bar{\gamma}$  est in βανὰ pro γυνή, vocali simul mutata, quod legitur Cor. 12, βανῆκος pro γυναικος <sup>4)</sup>). — Gothico qui in ὀ comparato (Grimm *Gr. III.* p. 322) apparet et γυνή et βανὰ ex antiquissima forma γβανα nata esse, unde simul vocalis mutatio illustratur. cf. §. 6, 2 et 12, 3.

$\bar{\kappa}$  pro  $\bar{\chi}$ , quod legitur in Καρίσανδρος nr. 1574, Καλλικάριος nr. 1577, Ἐρμαῖκος 1593, Ἀρρήκος 1575, recte a Boeckhio transcribentium errori tribuitur.

1) Plutarch. Symp. VI, 8, 1. τὸ βούλιμον ἰδῶκει μέγαν ἢ δημοσίον ἀποσημαίνειν καὶ μάλιστα παρ' ἡμῖν τοῖς Αἰολεῦσιν, ἀντὶ τοῦ  $\bar{\beta}$  τῷ  $\bar{\pi}$  χρωμένοις· οὐ γὰρ βούλιμον ἀλλὰ πούλιμον, οἷον πολύλιμον πάλιν ὀνομάζομεν.

2) *Et. M.* 200, 27 (vid. §. 6 not. 5); ita etiam ἡβη τροπῇ Αἰολικῇ τοῦ  $\bar{\delta}$  εἰς  $\bar{\beta}$  ab ἡδω derivatur *Et. M.* 417, 42, *Gud.* 235, 1. *Eust.* 581, 39.

3) Scholl. Arist. Ach. 762, ubi Megarensis voce ὀδελός utitur, quam Doricam esse certum est; Scholl. Nicand. Ther. 93 Doricum vel Aeolicum vocant.

4) Herod. π. μ λ. 18, 25. vid. §. 33, not. 1; Hesych. βάννα, γυνή ἐπὶ Βοιωτῶν; id. βανῆκας, γυναικας· Βοιωτοί; corruptum videtur ejusdem βάττις, γυναικας· Βοιωτοί.



2) Antiquum  $\bar{\tau}$  Boeotij retinent cum Doribus, ubi Iones, Attici, Lesbii in  $\bar{\sigma}$  mutant, ut *Ἐίκατι*, *διακάτιος* nr. 1569, a. III., *Ἐίκατι.Ἐτίεις* 1575 pro *εἴκοσι*, *διακόσιοι*; τοῦ pro σὺ vid. §. 44, 2; *Ποτιδάων*<sup>5)</sup> Cor. 2; *τῦκα* pro *σῦκα* apud Thebanos teste Strattide Comico ap. Athen. XIV. p. 621, F. Comparentur praeterea *εἰλειτιάς* vel *εἰλεισιάς*, genus quoddam calami, cujus nomen si recte a Boeotico oppido *Εἰλέσιον* derivatur, etiam hoc ab ipsis Boeotis *Εἰλέτιον* vocatum videtur, vid. Müll. Orchom. p. 491; *Τιλαφῶσσα* fons, qui a *σίλφη* nomen trahere videtur, cf. ibid. p. 480; denique oppidum. *Σίφαι* vel *Τίφα*, unde Argus gubernator *Τίφυς* appellatus fertur. vid. Steph. Byz. s. v. *Σίφαι* et intt.

Peculiari Boeotorum more Doricum  $\bar{\tau}$  in 3 pers. plur., quod vulgo in  $\bar{\sigma}$  mutatum est, in  $\bar{\theta}$  transit: *ἔχωνθι* nr. 1568, *ἰωνθι* et *ἀποδεδῶνθι* nr. 1569, a. III.

Laconico more  $\bar{\theta}$  in  $\bar{\sigma}$  mutatum est in *νεὶ τῶ σιῶ* Arist. Ach. 872 et N. P. *Σιανορίδας* nr. 1574, 32, quod pro *Θεανορίδας* esse videtur, quo referri posset Lactantius I, 6, 7 *σιὸς* Aeolicum vocans. At neque hujus testimonio, neque Aristophani, neque corruptissimo titulo fides haberi posse videtur, quum praeterea ubique *θεὸς* vel *θιὸς* legatur. vid. §. 38, 4<sup>6)</sup>.

3) Sigma apud Boeotos in asperum mutari traditur a Prisciano<sup>7)</sup> in *μοῦά* pro *μοῦσα*; nullum tamen ejus moris

5) Herod. π. μ. λ. 11, 8 postquam de Homericō *Ποσειδάων* dixit: *παρὰ Βοιωτοῖς Ποτειδάων τραπέντος τοῦ σ̄ εἰς τ̄*, addito Corinnae fragmento nr. 2, ubi *Ποτειδάων* scribitur; corrupte in Ann. Ox. III, 241, 15 *ὁ ποιητῆς Ποσειδάων· καὶ οἱ Βοιωτοὶ διὰ τοῦ τ̄ Ποσιδαίων*, ubi *Ποτιδάων* et fortasse *διὰ τοῦ τ̄* corrigendum est.

6) Non recte Boeckhius C. I. nr. 724, b mensem Boeoticum *Θειλούθιος*, qui in vulgari dialecto (nr. 1608, d) *Θηλούθιος* sonat, a *Θαλύσια* derivat, quum nullo modo  $\bar{\alpha}$  in  $\bar{\epsilon}$  transire potuerit neque  $\bar{\sigma}$  in  $\bar{\theta}$ ; potius vocem e *Θειλούθιος* ortam et mensem a dei cujusdam adventu nominatum putaverim, si quaerendum est de nominis origine.

7) Priscian. I. p. 40. »Adeo autem cognatio est huic literae, id

vestigium apparet. Nam quod a Boeckhio eo refertur *ἀνέθιαν* pro *ἀνέθεσαν* nr. 1588, aliam explicationem habet. vid. §. 46, 4. Prisciani error inde natus est, quod praeter Doricensium nonnullos etiam Oropii, qui per ali- quod tempus Boeotis adnumerabantur, quanquam vix un- quam Boeotica dialecto usi sunt, spiritum asperum pro  $\bar{o}$  inter vocales assumebant. vid. Et. M. 391, 12. cf. Giese p. 310.

4)  $\nu$  *ἐφελκ.* in titulis vulgo ne ante vocales quidem scriptum reperitur, ut nr. 1563, b *ἐπεψάφιδδε Ὀρσίμαχος*, 1569, a. II. *ἀπέδωκε Εὐβώλυ*. Scriptum est in unico ti- tulo antiquiore Thisbensi 1592, in quo *ἀνέθηκεν Ἀθάνα*; nam *ἰππάσιν* nr. 1588 non recte legi docebimus §. 44. not. 5.

5) Quod  $\bar{\kappa}$  apud Bocotos in  $\bar{\xi}$  transire <sup>8)</sup> dicitur, inde male fictum videtur, quod praepositio  $\bar{\xi\xi}$  contraria ratione  $\bar{\xi}$  in  $\bar{o}$  mutat (§. 47, 4). — Boeotos cum Lesbiis (§. 11) *ἀγρε* pro *αἶρε* habuisse, indicat Hesychii glossa *ἀγρέ- μονες, θηρευταί, πορθητικοί· Βοιωτοί*. — Fortasse verum est *εὐδομος* pro *ἔβδομος* nr. 1563, quod Boeckhio non magis tulit quam *εὐδομήκοντα* in titulo Corcyraeo 1845; in nr. 1571 est *ἔβδομεικοντα*. — Omissum est  $\bar{\gamma}$  inter vocales in *ἰὼν* pro *ἔγῶν* (§. 44, 1). — Singularia sunt *βλεφύρα* (v. l. *φλεφύρα*) pro *γεφύρα* inter Strattidis lo- cutiones Thebanas Athen. XIV, p. 622 A; *βλεέρει* (leg. *βλεαίρει*) *οἰκτείρει· Βοιωτοί* Hes. pro *ελεαίρει*; *φῖκα* pro *Σφίγγα* <sup>9)</sup>. — Denique Boeoticum audit *ἐνέτ- και* pro *ἐνέγκαι* apud Choerob. Ox. II, 251, 12, Et. M. 691, 24, ubi *Ἰωνικῶς* corrigendum videtur.

est  $\bar{s}$ , cum adspiratione, quod pro ea in quibusdam dictionibus so- lebant Boeotes (sic) h ponere, mu ha pro mu sa dicentes. <sup>a</sup>

8) Hac mutatione Boeotica explicantur *εἴχαι* Et. M. 297, 15, Gud. 169, 12, Ann. Ox. IV, 194, 16; *ἕξον* Et. M. 472, 10, Ann. Ox. I, 205, 25; *ἕνεξα* Et. M. 431, 45.

9) Scholl. Hes. Theog. 326 et Scut. 32. *φῖκα δὲ αὐτήν (Σφίγγα) οἱ Βοιωτοί ἔλεγον*, cf. Hes. *φίγα, φῖκα, Σφίγγα* et Ann. Bachm. II, 285, unde *Φικιον* ἕρος nomen accepit.

§. 37.

**De consonantibus duplicibus et duplicatis.**

1) Boeoti ζ̄ in δ̄ mutare traduntur 1), quod de initiali tantum ζ̄ intelligendum esse ipsa exempla docent, Δεύς et Δάν pro Ζεύς, δυγόν, Δῆθος pro ζυγόν, Ζῆθος; Δεύς Aristophanis Boeoto Ach. 871 in ἴτω Ζεύς restituendum est e lemmate scholiastae, quanquam in hanc formulam etiam alias vulgaris forma irrepsit. vid. nr. 4. — Boeoticae fortasse sunt Hesychii glossae δᾶλον, ζῆλον; δατέν, ζητεῖν etc.

2) In mediis vocibus ζ̄ et testibus grammaticis 2) in δ̄δ mutarunt, ut σφάδδω, σαλπιδδω, ῥέδδω et leguntur in titulis ἐπεψάφιδδε nr. 1562. 1563, a. b., γραμματίδδοντος 1573. 1574, ἰαρειάδδοντος 1568; deinde θερίδδω Arist. Ach. 958. cf. Scholion in Et. M. 447, 41; denique huc pertinet κριδδέμεν pro γελᾶν inter Strattidis dictiones Thebanas 3), cujus vulgaris forma esset κρίζειν, nisi soli

1) Choerob. Bekk. 1194. τὸ ζ̄ εἰς τὸ δ̄ τρέπεται Βοιωτικῶς· οἶον Ζῆθος Δῆθος καὶ τὸ ζυγόν δυγόν· οὕτω καὶ τὸ Ζεύς Δεύς; item Ann. Ox. I, 107, 2. Herod. π. μ. λ. 6, 16 ἰπὸ Βοιωτῶν Δεύς καὶ Δάν, unde corrigendus Eust. 1387, 30. Βοιωτικῶς Ζεύς καὶ Δάν. cf. Hes. Δεύς, Ζεύς. — Huc referenda sunt, quae de ζ̄ Aeolice in δ̄ mutato referuntur: Et. M. 466, 35. ἰδρῶν ab ἴζω derivatur τροπῆ τοῦ ζ̄ εἰς δ̄ Αἰολικῶς ὡς ζυγός δυγός. cf. Et. Gud. 233, 9 et 271, 59, Ann. Ox. I, 213, 23, Scholl. L. II. β, 191; deinde δα μόριον e ζα Αἰολικῶς explicatur Et. M. 248, 17, et eadem mutatio agnoscitur in ἰδνω Et. G. 214, 13.

2) Ann. Ox. IV, 325, 25. πρὸς Βοιωτοῖς τὸ σφάζω διὰ δύο δ̄δ σφάδδω, καὶ τὸ σαλπίζω σαλπιδδω. — Eust. 984, 1. ῥέδδω vocat Βοιώτιον ῥῆμα ἐκ τοῦ ῥέζω. — Fortasse huc spectat Eust. 570, 12. γυμνάζω, γυμνάδω καὶ διπλασιασμῶ Αἰολικῶ καὶ Δωρικῶ γυμνάδδω, nisi inepte Aeolicam duplicationem adhibere voluit.

3) Athen. XIV, 622, A in libris est τὸ γελᾶν δὲ ἐκκριδδέμεν, quod recte emendavit Valcken. ad Roev. p. 87 collata corrupta Hesychii glossa κριαδέμεν, γεννᾶν· Βοιωτία· ἢ λέξις, leg. κριδδέμεν, γελᾶν. Item Phot. Lex. κριαδδέμεν· τὸ γελᾶν· Βοιωτοί.

Boeoti hanc stirpem (cf. Lat. rideo) servassent. — Corinna pro φράζω traditur Βοιωτικῶς φράττω dixisse, quod a Tarentinorum φράσσω derivant<sup>4</sup>); si verum est φράττω neque errore ex Aoristo I. ἔφραττα (nr. 3) fictum, comparandum est, quod etiam Lacones, vulgo ζ̄ cum Boeotis in δ̄δ̄ mutantes, interdum τ̄τ̄ assumpsisse videntur<sup>5</sup>). Ex eadem mutatione explicandae videntur glossae Hesychii ὀπίττομαι, οὐ πείθομαι. Βοιωτοὶ et Photii ὀπλίττομαι, οὐ πείθομαι καὶ τοῦτο Βοιωτίον. Ἀριστοφάνης Ἐκκλησιαζούσαις. Res satis mira, quia neque in Ecclesiazusis tale quid legitur, aut facile Boeotica vox legi poterat, et utraque lectio serie literarum confirmatur. Photii tamen ὀπλίττομαι verius putaverim pro ὀπλίττομαι i. e. φυλάσσομαι, mihi caveo. Quod nonnulli et ipse Boeckhiius ὀπίττομαι Boeoticis mutationibus ex οὐ πείθομαι natum putarunt, credat Judaeus Apella.

3) Duplex σσ̄ apud Boeotos in τ̄τ̄ mutabatur<sup>6</sup>). In titulis ita leguntur θάλαττα nr. 1562—65, πέτταρα, πετταράκοντα pro τέσσαρα, τεσσαράκοντα nr. 1569, a. III. Incertius est, quod Boeckhiius supplendo effecit (πράτ)τη nr. 1569, a. III. pro πράσση. Deinde oppidum Boeoticum Μυκαλησσοῦς teste Strabone IX. p. 404 apud ipsos Boeotos audiebat Μυκαληττοῦς. Sed praeter talia, quae post Periclem etiam Atticis in usu erant, Boeoti adeo

4) Eust. 824, 29, Ann. Ox. I, 62, 7; eodem spectat corruptissimus locus in Et. G. 384, 3. καὶ παρὰ τοὺς Βοιωτοὺς μιλζων ἢ δὲ τῶν Ταραντίνων διάλεκτος τὰ δύο σσ̄ εἰς ζ̄ τρέπει ὡς καὶ ἡ τῶν Βοιωτῶν

5) Arist. Lysistr. 1167 in libri est βλιμάττομες; cf. Hesych. ἀγκυρίττει, μεταμίεται. Κρήτες, Et. M. 144, 46. ἀρμόζω ἀρμόττω Λωρικῶς. cf. Ann. Ox. I, 62, 7. Sine dialecti nomine leguntur apud Hesychium ἀφοπλίττονται, ἀπολύονται τῆς στρατείας; δηρίττειν ἐρίζων; λαγαρίττειται, μετριεύεται; μέττον, μιλζον.

6) Aelius Dionysius ap. Eust. 813, 45. Θετταλοὶ καὶ Κιτιεῖς — οἱ περὶ Κύπρον — θάλατταν ἔλεγον καὶ πίτταν καὶ καρδιώττειν καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅσα οὐδαμῶς Ἀττικὰ νομίζονται, ἀλλὰ τῶν γειτόνων Βοιωτῶν.

habent *όπόττα* nr. 1564 pro *όπόσα*, quia antiquitus duplex  $\overline{\sigma\sigma}$  erat in *όσσοσ*, *όπόσσοσ*; simplex tamen  $\overline{\sigma}$  apparet in *μέσσοσ* nr. 1569, c, *Εισοτέλια* 1562 seqq., quanquam Lesbii etiam haec *μέσσοσ*, *ίσσοσ* proferebant. vid. §. 9, 1. Non minus in Aor. I. duplex  $\overline{\sigma}$ , quod a Lesbiiis et parte Doriensium servatur, apud Boeotos transit in  $\overline{\tau\tau}$ ; ita *κατασκευάττη* nr. 1568 est pro infinitivo *κατασκευάσσαι* (vid. §. 46, 1); nec minus apud Arist. Ach. 850, ubi vulgo legitur *κήπιχαρίττα*, in Et. M. 367, 19 per *έπιχαρίζου* explicatum, e cod. Rav. in ed. Lond. legendum est *κήπιχαρίτται* i. e. *καί έπιχάρισαι*.

4) Interdum  $\overline{\tau\tau}$  apud Boeotos pro  $\overline{\sigma\sigma}$  positum est; ita in notissima formula Boeotica *ίττω Ζεύς*, qua utuntur Boeotus in Arist. Ach. 877, Cebes Thebanus in Platonis Phaedone p. 62, ubi Scholia Boeoticam vocant, Plat. Epist. VII. p. 345, A, neque aliter *ίττω Ηρακλής* Ach. 830, cf. Et. M. 479, 46 *ίττω άντι του ίστω Βοιωτικώς*; item in *έπιχαρίττως* Ach. 833 pro *έπιχαρίστως*; *έττε τον όρον* nr. 1569, c pro *έστε*, nisi forte *έντε* legendum est. vid. §. 46, 2. Fortasse Boeotica sunt Hesychiana *έντία*, *έστία* et *έντακαν*, *έστησαν* leg. *έντασαν*. At raro  $\overline{\sigma\sigma}$  ita mutatum esse, docent *κεκόμιστη*, *έστω* nr. 1569, a. III., *Εάσιος* 1569, c, *κιθαριστάς* 1583 etc.

Simillimum est  $\overline{\tau\theta}$  pro  $\overline{\sigma\theta}$  in *όπισθοτίλαν* (i. e. *όπισθοτίλαν*), ut Strattis Boeotos *τήν σηπίαν* dixisse refert apud Ath. XIV. p. 621, F., quanquam vulgatum *όπισθοτίλαν* tuentur Eustath. 1818, 4, Hes. et Phot. s. v., nec minus Boeoticum videri potest *ίθαι*, *καθίσαι* Hes. leg. *έίθαι* pro *ήσθαι*. Comparare praeterea licet  $\overline{\delta\delta}$  pro Aeolico  $\overline{\sigma\delta}$ , vulgari  $\overline{\zeta}$ .

5) In relativis non duplicatur  $\overline{\pi}$  vel  $\overline{\tau}$ , ut *όπόττα* nr. 1564, *όπως* 1568, *ότι* Cor. 2; de mira duplicatione in *έππασις* pro *έμπασις* vid. §. 47, 3. — *Μικκός* pro *μικρός* legitur Arist. Ach. 875, quanquam duplicatio in hac voce vulgaris non Aeolica vocatur in Ann. Ox. I, 325, 24. Duplicationem liquidarum, quae est frequentissima apud Aeoles Asianos, ignorant Boeoti. cf. §. 42.

## §. 38.

## De vocalibus brevibus.

1) Bocoti ut Dores in nonnullis vocibus  $\bar{\alpha}$  pro  $\bar{\epsilon}$  habent. Ita in particula  $\gamma\alpha$  Arist. Ach. 826. 875 ( $\gamma\epsilon$  918),  $\iota\acute{\omega}\nu\gamma\alpha$  Cor. 12, Ach. 864,  $\tau\acute{\omicron}\upsilon\gamma\alpha$  Apoll. de pron. p. 69; in  $\kappa\alpha$  pro  $\kappa\epsilon$  nr. 1569, a. III;  $\acute{\alpha}\tau\epsilon\rho\omicron\varsigma$  pro  $\acute{\epsilon}\tau\epsilon\rho\omicron\varsigma$ , vid. Et. Gud. 256, 2;  $\text{Ἄρταμις}$  nr. 1595—97;  $\iota\alpha\rho\delta\omicron\varsigma$  1568, 10,  $\iota\alpha\rho\epsilon\acute{\iota}\alpha\delta\delta\omega$  1568. cf. 1576,  $\text{Ἰαροκλεῖος}$  1563, a,  $\text{Ἰαρώ-νυμος}$  1579,  $\text{Ἀρχίαρος}$  1569, a. I. 1).

$\bar{\alpha}$  pro vulgari  $\bar{\omicron}$ , in paucis reperitur, ut apud Dores,  $\text{Ἔικατι}$ ,  $\text{διακάτιοι}$  1569, a. III.  $\text{Ἔικατι}$   $\text{Ἔέτιες}$  1575 pro  $\epsilon\acute{\iota}\kappa\omicron\sigma\iota$ ,  $\text{διακόσιοι}$ . — Contra  $\bar{\omicron}$  pro  $\bar{\alpha}$  in  $\text{πύρον}\psi$  cum Aeolibus Asianis commune habere dicuntur a Strab. XIII. p. 613, quanquam  $\bar{\alpha}$  ab his mutatum vulgo tenent Boeoti, ut in  $\acute{\alpha}\nu\acute{\alpha}$ .

$\bar{\epsilon}$  pro  $\bar{\alpha}$  est in nomine urbis  $\text{Ἐρχομενός}$ , quae vulgo  $\text{Ὀρχομενός}$  audit; illud semper in titulis Orchomeniis legitur 1564, 1569, a. III., 1573, 1595, et in antiquioribus nummis, vid. *Mionn. Suppl.* III. p. 516, nec minus in antiquo titulo Crissaeo C. I. nr. 25 et apud Pind. Ol. XIV, 4 e cod. Vatic.; deinde  $\text{Τροφώνιος}$  in Lebadeensi titulo nr. 1588, quanquam nr. 1571  $\text{Τροφώνιος}$  legi videtur.

2)  $\bar{\epsilon}$  ante sequentem vocalem a Boeotis in  $\bar{\iota}$  mutatur teste Apollonio 2). Reperitur haec mutatio primum in

1)  $\text{Ἰερῆς}$  N. P. 1575, quod Boeckhius pro  $\text{Ἰερῆς}$ ,  $\text{Ἰερῆς}$  dictum opinatur, in titulo corrupto vix sanum est.

2) Apoll. de pron. 64.  $\text{Βοιωτοὶ ἰών}$ ,  $\acute{\omega}\varsigma$   $\mu\acute{\epsilon}\nu$   $\text{Τρόφων φηοί}$ ,  $\acute{\upsilon}\phi\acute{\epsilon}\sigma\iota$   $\epsilon\acute{\upsilon}\lambda\acute{\omicron}\gamma\eta$   $\tau\omicron\upsilon\acute{\nu}$   $\gamma$ ,  $\acute{\iota}\nu\alpha$   $\kappa\alpha\iota$   $\tau\acute{\alpha}$   $\tau\eta\varsigma$   $\mu\epsilon\tau\alpha\theta\acute{\iota}\sigma\iota\omega\varsigma$   $\tau\omicron\upsilon\acute{\nu}$   $\bar{\epsilon}$   $\epsilon\acute{\iota}\varsigma$   $\bar{\iota}$   $\gamma\acute{\epsilon}\nu\eta\tau\alpha\iota$ .  $\acute{\epsilon}\pi\epsilon\iota$   $\phi\omega\eta\eta\acute{\nu}\epsilon\tau\omicron\varsigma$   $\acute{\epsilon}\pi\iota\phi\epsilon\rho\omicron\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\upsilon$   $\tau\acute{\omicron}$   $\tau\omicron\iota\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon$   $\mu\epsilon\tau\alpha\kappa\omicron\lambda\omicron\upsilon\theta\acute{\epsilon}\iota$ . — Id. p. 95, postquam  $\tau\omicron\upsilon\acute{\nu}\varsigma$  e Corinna attulit,  $\acute{\epsilon}\sigma\tau\iota$   $\kappa\alpha\iota$   $\eta$   $\tau\iota\omicron\upsilon\acute{\nu}\varsigma$ ,  $\eta\acute{\nu}$   $\kappa\alpha\iota$   $\acute{\alpha}\nu\alpha\lambda\omicron\gamma\omega\text{-}\tau\acute{\epsilon}\rho\alpha\upsilon$   $\eta\eta\gamma\eta\tau\acute{\epsilon}\omicron\upsilon$ ,  $\acute{\epsilon}\pi\epsilon\iota$   $\tau\acute{\omicron}$   $\bar{\epsilon}$   $\epsilon\acute{\iota}\varsigma$   $\bar{\iota}$   $\mu\epsilon\tau\alpha\beta\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\upsilon\sigma\iota$ ,  $\phi\omega\eta\eta\acute{\nu}\epsilon\tau\omicron\varsigma$   $\acute{\epsilon}\pi\iota\phi\epsilon\rho\omicron\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\upsilon$ . — Id. p. 125 eos vituperans, qui  $\sigma\phi\acute{\iota}\omega\upsilon$  e  $\sigma\phi\acute{\epsilon}\sigma\iota$  derivabant  $\mu\epsilon\tau\alpha\theta\acute{\iota}\sigma\iota$   $\tau\omicron\upsilon\acute{\nu}$   $\bar{\epsilon}$   $\epsilon\acute{\iota}\varsigma$   $\bar{\iota}$   $\text{Βοιωτικῶς}$   $\eta$   $\text{Ἰακῶς}$ , pergit:  $\mu\epsilon\tau\acute{\alpha}$   $\text{Βοιωτοῖς}$   $\sigma\acute{\upsilon}$   $\mu\epsilon\tau\alpha\tau\acute{\iota}\theta\epsilon\tau\alpha\iota$   $\sigma\mu\phi\acute{\omicron}\nu\omicron\upsilon$   $\acute{\epsilon}\pi\iota\phi\epsilon\rho\omicron\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\upsilon$   $\tau\acute{\omicron}$   $\bar{\epsilon}$   $\epsilon\acute{\iota}\varsigma$   $\bar{\iota}$ .

nonnullis vocibus earumque derivatis: *θιός* secundum Apollonium <sup>3)</sup> et nr. 1564, *Θιόδωρος* 1563, c, *Θιόμναστος* 1593, *θιοπροπίων* 1593, *Τιμάσθιος* 1575, *Δωρόθιος* 1562; *χρίος* 1569, a. III.; (*κλίος*), unde *Κλίων*, *Κλιώνιος*, *Κλιώνναξ* 1574. 1575. 1583; (*νίος*), unde *Νιώνιος* 1574; etiam *Flαρ* pro *ἔαρ* ex Hesychii glossa *γιαρος*. vid. §. 35. — Deinde in declinatione III. huc pertinent casus obliqui vocum in *ος* n. g. et *ης* (Boeot. *εις*), ut *Δαμοτέλιος* 1569, a. II., *Πραξιτέλιος* 1593, *Καλλιμέλιος* 1573, *Ἀλκισθέσιος* 1579 etc., *Φέτια* 1569, a. III., *ΦικαιΦέτιες* 1575; nec minus *Φάστιος* 1569, c, et a vocibus in *ως* gen. *βασιλλίος*. vid. §. 44 <sup>4)</sup>. — E pronomine hanc mutationem prae se ferunt *ιών* pro *ἔγων*, *τιούς* pro *τεούς*, fortasse *Flο* pro *ἔο*, vid. §. 35., *ἀμίων* et *οὔμιων* pro *ἡμέων*, *ύμέων*, *τιός* pro *τεός*. vid. §. 44. — In conjugatione eadem apparet in verbi substantivi formis *ιών*, *ἴωνθι* pro *ἔων*, *ἔωσι*, *ἀνέθιαν* 1588 pro *ἀνέθειαν* i. e. *ἀνέθηκαν*, maxime vero in verbis contractis in *ῶ*, nr. 1565 *Βοιωταρχιόντων*, 1573. 1574 *πολεμαρχιόντων* et *μοραγιόντος*, 1579. 1580 *αἰλιόντος* et *χοραγιόντος*, 1583 *ἀγνοθετιόντος*, 1588 *εἰλαρχιόντων*, 1593 *θιοπροπιόντος*, nec minus *δοκίει* pro *δοκῆ* 1568. — Denique notamus terminationem nominis proprii *Μνασίας* 1575 pro *Μνασίας*.

Interdum *ε̄* ante vocales, sine ulla tamen constantia, servatum est. E Corinna fr. 12 Apollonius *τιούς* affert, quanquam ipse *τιούς* analogiae melius convenire dicit <sup>2)</sup>; in titulo Thebano 1576 nunquam *ε̄* mutato leguntur *θεογίτων*, *εἰλαρχέοντος*, *Καλλικράτεος*, *ἀναγεομένων*; in Thebano 1565 (*θ*)*εός*, quanquam ibidem est *ιώσας* pro *εού-*

3) Apoll. de pron. 135 de *τεός*: *ἐπὶ ταύτης τῆς λέξεως Βοιωτοὶ μεταβάλλουσι τὸ ε̄ εἰς ἰ, καθὸ καὶ τὸ θεός — θιός.*

4) Eodem spectat, quod *Διός* a *Ζεύς* non solum propter *ζ̄* in *δ̄*, sed etiam propter *ε̄* in *ἰ* mutatum e Boeotica dialecto repetitur. vid. Choerob. Bekk. 1194 (§. 37 not. 1), Et. M. 409, 18, Gud. 230, 6, Ann. Ox. I, 107, 15 et 180, 29, III, 236, 30, IV, 337, 10.

σης et Βοιωταρχίωντων, in Copensi 1574 Κλεπολέμιος, quanquam Κλίων, Κλιώνιος etc., in Lebadeensi 1575 Θεόδωτος, sed ΦικατιΦέτιες, Καλλικράτιος. Πουθίαο nomen peregrini in Orchomenio 1583 aliquid excusationis habet.

3)  $\bar{u}$  et breve et longum a Boeotis in  $\bar{ou}$  mutabatur, quantitate non mutata, ita ut  $\bar{ou}$ , quod esset pro brevi  $\bar{u}$ , corripereetur <sup>5)</sup>. Grammatici haec exempla habent: κούνες, οὔδωρ, οὔλη (potius οὔλα), κοῦμα, οὔμιν, quo accedunt ex Apollon. de pron. 69 τοῦ, τὸν, τούγα pro σὺ, et Hēsychii glossa, quae Boeotica videtur, οὔμαι, ὑμέτεροι. — In Corinnae fragmentis leguntur τοῦ fr. 1. 16, οὔμές 9, οὔμιων 13, πουκτεῦι 3, ἀνούμηνην pro ἀνούμαιεν 4, οὔψιβίας 7, γλουκοῦ 8, λιγουροκατίλης 11, λιγουράν et.

5) Heraclid. ap. Eust. 23, 16. οἱ Βοιωτοὶ προστιθέμενοι τῷ  $\bar{u}$  διχρόνῳ τὸ μικρὸν  $\bar{o}$  καὶ βραχύνόμενον μὲν βραχύνοντες, μακρύνόμενον δὲ μακρύνοντες, τὸ ὕλη οὔλη λέγουσι καὶ τὸ ὕδωρ οὔδωρ; eadem fere in H. Ad. f. 205. — Et. M. 632, 51. (Gud. 436, 15, Ann. Ox. I, 313, 14) οἱ Βοιωτοὶ τότε πλεονάζουσι τῷ  $\bar{u}$  στοιχείῳ τὸ  $\bar{o}$ , ἥνίκα τὸ  $\bar{u}$  οὐχ ὑποτάσσεται φωνήεντι· οἷον κύνες κοῦνες (leg. κύνες), κῦμα κοῦμα. — Ann. Ox. I, 146, 15. οἱ Βοιωτοὶ τῷ  $\bar{u}$  προσνέμουσι τὸ  $\bar{o}$ , ὑμῖν οὔμιν, κύνες κοῦνες, cf. Scholl. Heph. p. 60 ad Corinnae fragmenta: Βοιωτικῆ ἢ τοῦ  $\bar{o}$  προσθήκη. — Scholl. Dion. Thr. 779, 31. (corruptius in Ann. Ox. IV, 324, 5) Δίον δὲ ἐστὶ ζητῆσαι, εἰ ἄρα τὸ  $\bar{o}$  τὸ προστιθέμενον παρὰ Βοιωτοῖς τοῦ  $\bar{u}$  δύναμιν ἔχει στοιχείου· καὶ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἔχει δύναμιν στοιχείου· δῆλον, εἴγε προσερχομένου τοῦ  $\bar{u}$  τὸν αὐτὸν τόνον φυλάττει. Καὶ γὰρ ὡπερ τὸ κύνες συνισταμένον ἔχει τὸ  $\bar{u}$ , οὕτως καὶ τὸ κοῦνες συνισταμένην ἔχει τὴν  $\bar{ou}$  συλλαβὴν. — Hinc patet Aeoles Boeotos spectari etiam a Prisciano I. p. 35: »In plerisque tamen Aeoles sequuti hoc facimus. Illi enim θουγάτηρ pro θυγάτηρ,  $\bar{ou}$  corripientes, vel magis  $\bar{u}$  sono  $\bar{ou}$  soliti pronuntiare, ideoque ascribunt  $\bar{o}$ , non ut diphthongum faciant, sed ut sonum  $\bar{u}$  Aeolicum ostendant, ut καλλιχωῖρον χθονός εὐρείας θουγάτηρ (vulgo Οὐρείας).« Fragmentum, etiam propter Boeoticum oppidum Οὐρία, Ἰρία, recte post Welckerum Corinnae dedit Schneidewinus fr. 6. — Pleraque grammaticorum testimonia afferuntur ad ὀρούω et εἰλήλουθα explicanda neque minus  $\bar{o}$  Boeotice pleonasticum in εἰλήλουθα agnoscitur in Et. M. 298, 44, Gud. 166, 13, H. Ad. f. 205, b.



φοῦσα 12, Οὔριος pro Ἴριος et Θουγάτειο 6. Inde recte corrigitur Μουριίδα 12 pro Μυριίδα. — Et sicut Hyria apud Corinnam audit Οὔρια, ita eponymus hujus oppidi heros Hyrieus vocatur Οὔριεύς in Scholl. Nic. Ther. 15 cf. Müll. Orch. p. 99.

In inscriptionibus haec sunt: 1562 — 65 ἀσουλία, 1563, a (Π)ούρρανδρος, 1564 τούχαν, 1569, a σούν, σουγχαρείσι, σούγγραφος, ἀργουριώ, 1569, b Λουσι(μάχω), 1569, c Πορπουλιάδος e Πουρπολιάδος, ut videtur, corruptum, 1573 Διωνούσιος, 1583 κάρουξ, Κουζικηνός, Μουρίνα, Πουθίαο, 1593 Πούθων, 1597 Πουθιάς, 1645 Μουρτάω.

Haud raro tamen in titulis haec mutatio negligitur. In titulo Thebano 1565 leguntur τούχαν, Ἰπατόδωρος, Εὐωνυμίδαο, quanquam ibidem ἀσουλία; in reliquis Thebanis nullum in utramque partem exemplum reperitur. In Lebadeensibus sunt nr. 1571 ὑπέρ, Πυθόνικος, ἀργουριώ, 1575 Ὀλύμπιος, Διονυσόδωρος, neque nr. 1588 ὄν pro ὤ conspicitur. In antiquo Tanagraeo 1599 est Διονυσοε; inter Orchomenios nr. 1568 habet ουθνιες, quod aperte est θύοντες, non θούοντες, ut Boeckhius dedit; nr. 1579. 1580 Ἰαρώνυμος, Διωνύσοι, adeo 1569, a Λυσίδαμος et Διωνύσιος, quanquam in hoc ut in reliquis Orchomeniis praeterea semper ὄν scribitur. In Cōpensi 1574 est Πολυκριτιώ, quanquam l. 13 Διωνουσίχιος scriptum fuisse videtur; denique in Chaeroneensi 1597 leguntur Ἀμφίλυτος et Πουθιάς.

## §. 39.

## De vocalibus longis.

1) Longam ā pro ē vulgari Boeoticae dialecto cum genuino Dorismo sine ulla discrepantia commune est. Reperitur igitur, ubicunque ē ex ā natum est, ut in declinatione prima τούχα, γᾶ (cf. Herod. π. μ. λ. 7, 15) et δαφναφοριώ nr. 1595 a δᾶφνα; in verbis, quorum stirps in ā exit, eorumque derivatis, ut ἔβα Cor. 12, νικάσαντες

nr. 1580, *Εὐφραμίδας* 1574 etc.; deinde ubicunque  $\bar{a}$  in radice est, ut *Νικάνωρ* 1) ab *ἀνήρ*, *Ἀγέδικος* 1564, *ἀναγεομένων* 1576, *χοραγίω* 1579. 1580 etc. a radice *ἄγ*, *ἄμιων* pro *ἡμῶν* collato Lesbiaco *ἄμμες* etc. — Praeterea  $\bar{a}$  apparet in 3 dual. *ἀνεθέταν* 1580, in femininis in  $\bar{\eta}\eta$  exeuntibus *Ἀθάνα*, *ἰράνα* pro *εἰρήνη* 1563, a, urbium nominibus in  $\bar{\eta}\delta\omega\bar{\nu}$ , *Καρχαδόσιος* 1565, *Ἀνθαδόσιος* 1593, denique in his singulis *Ἀσκλάπιος* 1583, *γέγαθε* Cor. 11, *γλαχῶν* Ach. 826. 35. 40, *δᾶμος* et comp., *Δαμάτριος* 1592, *Δᾶν* pro *Ζῆν* vid. §. 37, 1, *θρᾶνυξ ἐπὶ τοῦ θρόνου* apud Corinnam teste Choerobosco Bekk. 1381 pro *θρῆνυς*, *Κάφισός* et comp., *κάρουξ* 1583, *κλᾶρος* Cor. 17, *πίθακος* Ach. 873, *ἄσᾶμος* 1569, a, III, *χᾶνες* Ach. 844, *ψαφίδδω*, *ψάφισμα* 1563, 1569 etc. 2).

2) Contra, ubicunque  $\bar{\eta}$  manet apud Dorienses, Boeoti mutant in  $\bar{\epsilon}\bar{\iota}$ , ut grammatici 3) accurate praeci-

1) Et. M. 9, 47, Gud. 4, 28, Ann. Ox. I, 14, 2, II, 431, 3. *Νικάνωρ κατὰ τροπὴν Βοιωτῶν τοῦ ἦ εἰς  $\bar{a}$ .*

2) Errore in Et. M. 266, 21, Gud. 142, 33 legitur *πρωϊάν καὶ τροπῆ Βοιωτικῆ πρωϊήν*, leg. *Ἰωνικῆ*. cf. Et. M. p. 692, 8. et Gud. 484, 21.

3) Choerob. Bekk. 1366. *οἱ Βοιωτοὶ τότε τρέπουναι τὸ ἦ εἰς τὴν  $\bar{\epsilon}\bar{\iota}$  δίφθογγον, ἥνικα μὴ τρέπεται τὸ ἦ εἰς  $\bar{a}$  παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν· οἷον ὁ λέβης καὶ πένης οἱ Βοιωτοὶ διὰ τῆς  $\bar{\epsilon}\bar{\iota}$  δίφθογγον γράφουσι λέβεις καὶ πένεις λέγοντες, ἐπειδὴ ἐπὶ τούτων οὐ τρέπουναι τὸ ἦ εἰς  $\bar{a}$  οἱ Δωριεῖς· τὸ δὲ Ἀτρεΐδης καὶ Ὀρέστης ἐπειδὴ τρέπουναι οἱ Δωριεῖς τὸ ἦ εἰς  $\bar{a}$  καὶ λέγουσιν Ἀτρεΐδας καὶ Ὀρέστας, οὐ τρέπουναι οἱ Βοιωτοὶ εἰς τὴν  $\bar{\epsilon}\bar{\iota}$  δίφθογγον. — Hort. Ad. f. 207, a de τέθεικα: οἱ Δωριεῖς τὸ ἦ ὅπερ οὐ τρέπουναι εἰς α, οἱ Βοιωτοὶ τρέπουναι εἰς τὴν  $\bar{\epsilon}\bar{\iota}$  δίφθογγον· τὸ δὲ τρεπόμενον εἰς  $\bar{a}$  παρὰ Δωριεῦσιν εἰς τὴν  $\bar{\epsilon}\bar{\iota}$  δίφθογγον οὐ τρέπουναι· οἷον ἐν τῷ ἥρωες ἐπειδὴ οἱ Δωριεῖς οὐ τρέπουναι τὸ ἦ εἰς  $\bar{a}$ , οὐδὲ γράφουσιν ἄρωες, οἱ Βοιωτοὶ τρέποντες τὸ ἦ εἰς τὴν  $\bar{\epsilon}\bar{\iota}$  δίφθογγον φασὶν εἴρωες· ἐν δὲ τῷ ἡδῦ ἐπειδὴ τρέπουναι οἱ Δωριεῖς, οὐ τρέπουναι τὸ ἦ εἰς τὴν  $\bar{\epsilon}\bar{\iota}$  δίφθογγον· οὐδὲ γὰρ φασὶν εἰδῦ διὰ δίφθογγον. — Apollon. de pron. 64 de *ἰώνει* pro *ἐγώνη*: τὸ παρὰ Δωριεῦσιν ἦ εἰς  $\bar{\epsilon}\bar{\iota}$  μεταβάλλεται. vid. §. 45 not. I. — Ann. Ox. III, 238, 9. τὸ γὰρ ἦ τὸ παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν εἰς ἦ τρέπουναι (Boeoti). vid. §. 44 not. 6. — Male Heraclides ap. Eust. 1442, 49. *δι' ἔθους**

piunt. Exempla afferunt: λέβεις, πένεις, Λάχεις, εὔσειβεις, εὐγενείς, ἀφανείς, πατείρ, μάτειρ, εἴρωσ, πονειρός; deinde verba τίθειμι, φίλειμι, pro τίθημι, φίλημι et similia. vid. §. 46, 4 4).

*Βοιωτοῖς μηδέποτε τῷ ἤ χρῆσθαι ἐπὶ τῆς οἰκειᾶς δυνάμει, ἀλλ' ἐκάστοτε εἰς εἰ διφθογγον μετατιθέναι· διὰ τοῦτο καὶ τὰ τοιαῦτα διὰ τοῦ εἰ προφέρονται, τίθειμι, κίρνεμι, ἴστειμι καὶ πάνθ' ὁμοίως, ubi pessime Boeotica dicuntur κίρνεμι et ἴστειμι, quum Dorica sint κίρνᾱμι, ἴσταμι. —*

Minus accurate alii: Theogn. Ox. II, 71, 25. καυστειρός — ἐτραπή παρὰ Βοιωτοῖς εἰς τὴν εἰ διφθογγον, εἶγε παρ' αὐτοῖς ἠγνόηται ἢ διὰ τοῦ ἠ γραφῆ· διὸ καὶ τὸ πένης, πονηρός, ἦρωσ παρ' ἡμῖν διὰ τοῦ ἠ γραφόμενα, παρ' αὐτοῖς διὰ τῆς εἰ διφθόγγου γράφονται. — Id. 41, 27. οἱ Βοιωτοὶ πολλὴν ἴσασι τὴν εἰρ κατάληξιν, καθὸ παρ' αὐτοῖς εἶθε τὸ ἠ εἰς τὴν εἰ διφθογγον τρέπεσθαι· τὸ γὰρ πένης πένεις γράφουσι διὰ τῆς εἰ διφθόγγου, καὶ τὸ πατήρ καὶ μήτηρ παρ' αὐτοῖς διὰ τῆς εἰ διφθόγγου. — De Boeoticis λέβεις et πένεις vide praeterea Heraclid. ap. Eust. 1401, 39, Theogn. Ox. II, 42, 11 et 111, 15, Ann. Ox. II, 295, 28; de εὔσειβεις et εὐγενεις Et. M. 184, 13 — 304, 56, Gud. 171, 50, Ann. Ox. I, 133, 20 et II, 305, 17 — 342, 11 — 364, 25; de ἀφανεις Et. G. 59, 7; de Λάχεις Ann. Ox. IV, 379, 29; de εἴρωσ Theodos. Bekk. 1046, Ann. Ox. IV, 366, 32 et corrupte 201, 7. Corrupta sunt etiam Ann. Ox. I, 301, 31. οὐτηλὴ καὶ τροπή Βοιωτικῇ τῆς οὐ διφθόγγου εἰς ὦ, ὡς βοῦν βῶν, καὶ Δωρικῇ πάλιν τροπή τοῦ ἠ εἰς τὴν εἰ διφθογγον, ὡς τέθηκα τέθεικα καὶ ἦρωις εἴρωις γέγονεν ὠτειλῆ, ubi transponenda sunt Βοιωτικῇ et Δωρικῇ.

Semel haec mutatio Aeolica vocatur: Et. M. 675, 30. πλειάρειν· τὸν γὰρ πλήρην οὗτος ἔφη πλειάρειν· οἱ γὰρ Αἰολεῖς τὸ ἠ εἰς εἰ μεταβάλλουσι· τὸ γὰρ πένης πένεις λέγουσι· περὶ καθῶν (Herodianus). At quis est ille, qui praeter Corinnam tam insigni Boeotismo usus est?

4) Saepe haec mutatio Boeotica a grammaticis ad voces non vere Boeoticas adhibetur. Exempla quae supra congressimus, pleraque afferuntur ad explicandas voces ὠτειλῆ, τέθεικα, καυστειρός. Eaedem praeterea Boeoticae vocantur propter ἠ in εἰ mutatum Et. M. 493, 45 — 660, 51 — 825, 18, Et. G. 589, 3, Theogn. Ox. II, 71, 11, Ann. Ox. I, 335, 7, II, 327, 4, Scholl. II. δ, 342, Eust. 481, 14 — 1442, 49. — Non minus Boeotica audiunt ἀγίοχα Et. M. 9, 33; ζείδωρος Choer. Ox. II, 215, 13, Et. M. 410, 6, Gud. 229, 33,

Frequentissima haec mutatio in inscriptionibus. Reperitur primum in nominibus in  $\bar{\eta}$ s exeuntibus, quae in genitivo  $\bar{\epsilon}\sigma\bar{\iota}$  aut  $\bar{\eta}\tau\bar{\omicron}\varsigma$  habent, *Ἀντιγένεις*, *Περιγένεις*, *Μενεκράτης*, *Ἀντιφάνεις*, *Τιμοσθένης* 1569, c. 1574. 1576. 1578. 1583, *Διοπίθεις* 1575, 12 e conj. pro *Διοπιθες* <sup>5)</sup>, *Δαμοτέλειν* 1569, a, *Θάλλεις* 1576, item *Χαρετιδάς* a *Χάρεις* 1578; deinde in conjugationis conjunctivo *δοκίει* pro *δοκέη* (vid. §. 46. not. 1) et in omnibus formis et vocibus derivatis, quarum stirps in  $\bar{\epsilon}$  exit, *ἀνέθεικα* 1571. 1579. 1593. 1601, *χοραγείσαντες* 1579, *ἐπόεισε* 1582, *Εὐφιλειτος* 1575, *συγγώρεις* 1569, a. II, *ποιετὰς* et *αὐλειτὰς* 1583; denique in his singulis: *ἐβδομείκοντα* 1571, particulis *εἶ* pro  $\bar{\eta}$  1568 <sup>6)</sup>, *δεῖ* in *ἐπιδεῖ* pro *ἐπειδὴ* 1569, a. III, *μεῖ* ibid., N. P. *Εἰρώδας* 1574, 1583 ab *ἤρωας*, *Θειβῆος*, *Θειβεῖος*, *Θεῖβιχος* 1593. 1583. 1577 a *Θῆβαι*, *Θειλούθιος*, nomine mensis 1569, a, quod in vulgari dialecto sonat *Θηλούθιος*; Nn. Pp. *Ἰσμεινίας* et *Ἰσμεινιάτας* 1578. 1593 ab *Ἰσμηνός*; *μεῖλα* pro *μῆλα* in Nn. Pp. *Εὔμειλος*, *Τιμόμειλος*, *Μνασίμειλος*, *Σαύμειλος* 1569. 1575; denique *Χαριτεῖσια* 1583.

Neque male  $\bar{\eta}$  mutatum est in *Κτεισίας* 1573 et *πλεῖθος* 1569, a. III, quanquam nonnulli Doriensium *κτᾶσις* dicebant et *πλᾶθος*, quia plerumque Dorica dialectus in his stirpibus  $\bar{\eta}$  servabat. vid. §. 13, 3.

Pertinent huc etiam nonnulla, quae *εἶ* apud Boeotos habent, quanquam neque in vulgari lingua, neque in

Eust. 1206, 4; *εἶμι* Heraclid. ap. Eust. 1442, 52. cf. 1613, 20 et Herod. H. Ad. 207, a; *εἶθιζον* et *εἰργαζόμεν* Ann. Ox. II, 310, 4 et alia non pauca.

5) In eodem titulo corruptum *Μνασιάδες* vel *Μνασιαδεις* l. 4 a Boeckhio non in *Μνασιάδας* sed in *Μνασιάδεις* corrigendum erat; quippe nomen non aliter ac *Θυμάδης* 1601 pro *Θυμήδης* ex *ἀνδάνω* aut *ἡδύς* compositum est.

6) Apographum habet *εντυσαρνειπαρτολλρ*. . . i. e. *ἐν τῷ ἱερῷ εἶ παρ τὸ ἱερὸν*; Boeckhio nihil expressit praeter *ἐν τῷ ἱερῷ παρ τὸ* . . .

Dorica dialecto  $\bar{\eta}$  conspicitur. Nam obliqui casus nominum in  $\bar{\epsilon}\omega\varsigma$ , ut  $\Phi\omega\kappa\epsilon\acute{\iota}\omega\varsigma$  a  $\Phi\omega\kappa\epsilon\acute{\upsilon}\varsigma$  (vid. §. 44, 3), ex antiquioribus (et Lesbiacis) formis,  $\Phi\omega\kappa\eta\acute{\omega}\varsigma$  etc., juxta mutatione originem traxerunt, unde non minus recte se habent  $\iota\alpha\rho\epsilon\acute{\iota}\alpha\delta\delta\omega$  1568 ab  $\iota\alpha\rho\epsilon\acute{\upsilon}\varsigma$  gen.  $\iota\alpha\rho\epsilon\acute{\iota}\omega\varsigma$ , et  $\mu\alpha\upsilon\tau\epsilon\acute{\iota}\alpha$  1593 (cf. Ionic.  $\mu\alpha\upsilon\tau\eta\acute{\eta}$ ) a  $\mu\alpha\upsilon\tau\epsilon\acute{\upsilon}\varsigma$  pro  $\mu\acute{\alpha}\nu\tau\iota\varsigma$ . Deinde quod nomina in  $\bar{\alpha}\lambda\eta\varsigma$  Boeot.  $\bar{\alpha}\lambda\epsilon\iota\varsigma$  in obliquis casibus  $\bar{\epsilon}\bar{\iota}$  servant, ut  $\text{'}\text{Αμνοκλεῖος}$ , Homericæ  $\text{'}\text{Ηρακλῆος}$  etc. comparare licet. vid. §. 43.

Interdum vulgare  $\bar{\epsilon}\bar{\iota}$  retineri videtur, ubi accuratius quaerenti Doricum  $\bar{\eta}$  justam mutationem passum esse apparet, ut  $\text{'}\text{Ηράκλειτος}$  1577 (cf.  $\text{'}\text{Ηράκλητος}$  in tabb. Heracl.);  $\text{Κλεινίας}$  1579. 1580 (cf.  $\text{Κληνίππα}$  in titulo Zacynthio nr. 1934),  $\epsilon\acute{\iota}\mu\epsilon\upsilon$  1562 seqq. i. e.  $\epsilon\acute{\iota}\nu\alpha\iota$  pro Dorico  $\eta\acute{\mu}\epsilon\upsilon$ ,  $\text{Χειρίας}$  1575 (cf.  $\chi\eta\rho\acute{\omicron}\varsigma$  Alc. 114 W.),  $\text{τεθεισας}$  1569, a. III,  $\text{αταθεισα}$  1569, c (cf.  $\text{καταλυμακωθῆς}$  tabb. Heracl. I, 8),  $\text{εἰλαρχιόντων}$  1588 (cf.  $\text{ἐγΓηληθῶντι}$  tabb. Heracl. I, 104 pro  $\text{ἐξεἰληθῶσι}$ , quum  $\epsilon\acute{\iota}\lambda\eta$  haud dubie cum verbo  $\epsilon\acute{\iota}\lambda\omega$ ,  $\epsilon\acute{\iota}\lambda\acute{\epsilon}\omega$  cohaereat) cf.  $\epsilon\acute{\iota}\lambda\acute{\upsilon}\tau\alpha\varsigma$  1571. — Jam vero si Lesbiaca  $\chi\acute{\epsilon}\rho\acute{\rho}\epsilon\varsigma$ ,  $\epsilon\acute{\mu}\mu\epsilon\upsilon\alpha\iota$ ,  $\acute{\alpha}\pi\acute{\epsilon}\lambda\lambda\omega$  (vid. §. 8) comparamus, non minus Boeoticum  $\bar{\epsilon}\bar{\iota}$  ex  $\bar{\eta}$  natum videtur in  $\mu\epsilon\acute{\iota}\lambda\lambda\iota\chi\omicron\varsigma$  1568,  $\chi\epsilon\acute{\iota}\lambda\iota\omicron\iota$ ,  $\acute{\omicron}\phi\epsilon\acute{\iota}\lambda\omega$  1569, a. III, quia, quum Lesbii  $\mu\acute{\epsilon}\lambda\lambda\iota\chi\omicron\varsigma$ ,  $\chi\acute{\epsilon}\lambda\lambda\iota\omicron\iota$ ,  $\acute{\omicron}\phi\acute{\epsilon}\lambda\lambda\omega$  dixerint, strictioris Dorismi fuisse videntur  $\mu\acute{\eta}\lambda\iota\chi\omicron\varsigma$ ,  $\chi\acute{\eta}\lambda\iota\omicron\iota$ ,  $\acute{\omicron}\phi\acute{\eta}\lambda\omega$ , de quibus nunc casu non constat.

Raro in titulis  $\bar{\eta}$  vulgare relictum reperitur; at, quum  $H$  et  $EI$  facillime a transcribentibus confundantur, ut ipse Boeckhius 1563, c  $\epsilon\acute{\iota}\mu\epsilon\upsilon$  e conjectura dedit pro  $\eta\acute{\mu}\epsilon\upsilon$ , reliquis exemplis, quae non sunt nisi in titulis incertioris lectionis, non majorem fidem habemus. Sunt vero haec: 1563, a  $\Delta\iota\omicron\gamma\acute{\epsilon}\nu\eta\eta$ , 1563, c  $\text{'}\text{Ερμογένης}$ , 1571  $\text{θησαυρός}$ ,  $\text{στατήρας}$ , 1574  $\text{Τηλιδωρίων}$  (?), 1575  $\text{'}\text{Ηράκλειτος}$ ,  $\text{Μνηῶν}$ ,  $\text{'}\text{Αρήχος}$ , 1577  $\text{'}\text{Ηρακλείδας}$ , 1601  $\text{Θυμάδης}$ . Excusationem habent nomina peregrinorum  $\text{Μῆστωρ}$ ,  $\text{Κουζικηρός}$  etc. 1583.

Apud Corinnam  $\bar{\epsilon}\bar{\iota}$  pro  $\bar{\eta}$  legitur fr. 1 in  $\iota\acute{\omega}\nu\epsilon\iota$  pro  $\epsilon\acute{\gamma}\omega\acute{\nu}\eta$ , quod e diserto Apollonii testimonio restituimus.

vid. §. 45 not. 1 et *είρωάδων* pro *ήρωίδων*, unde ibidem recte *είρώνων* pro *ήρώνων* scriptum est. Vere Boeoticum deinde est *δονεΐται* fr. 8. (cf. Laconicum *ἀγγήται*, Lesbicum *πώληται* §. 26, 12). Corrupta haud cunctanter iudicavimus fr. 4 *μεγαλοσθένης*, 6 *θουγάτηρ*, 7 *πεντήκοντα*.

Apud Aristophanem pauca exempla habentur: *Θείβαθεν* 828. 877, *Θείβαθι* 834, *νει* 871 ex uno libro, *ἀδικείμενος* 881. In reliquis *η̄* tenetur.

Boeotica vel Aeolica vocalis *η̄* in *ῑ* mutatio 7) eo tempore a grammaticis ficta videtur, quo non multum aut nihil sono differebant *ε̄ι* et *ῑ*.

3) *ā* longum pro *ō* vulgari apud Boeotos est, ubi apud Dores, in *πρᾶτος* 1569, a. III. et si quando ex *ᾱō*, *ᾱω* contractione natum est, ut *τᾶν* pro *τάων*, *τῶν*. vid. §. 41. — Notabilis praeterea Hesychii glossa *μηλατᾶν τὸν ποιμένα· Βοιωτοὶ* cf. *μηλωταὶ*, *ποιμένες*. Contra male *ū* in *ō* Boeotice transire refertur in *ᾠριστος* pro *ᾠριστος* Et. M. 823, 55. Verius exemplum esset *ἐνίκωσαν* 1583; lectio tamen vix integra est, quum 1588 *νικάσαντες* et Cor. 4 *νίκασε* reperiantur.

## §. 40.

### De diphthongis.

1) Grammatici 1) docent *ᾱι* a Boeotis in *η̄* mutari, et Choeroboscus quidem accurate monet, hoc *η̄*, ubi sit in

7) Et. M. 671, 20. *πῖδαξ* παρὰ τὸ *πηδᾶν* κατὰ μετάθεσιν τοῦ *η̄* εἰς τὸ *ῑ* Βοιωτικῶς, ὡσπερ *ἦκω* ἴκω. cf. Et. Or. 132, 10 et Gud. 467, 44. In Et. M. postea additur κατὰ μετάθεσιν *Αἰολικῆν*, quocum consentit Eust. 697, 33.

1) Eust. 365, 27. *Ἡρακλείδης* δὲ ἄνευ τοῦ *ι* γράφει τοὺς ἀπὸ τοῦ *Μαιονος* κληθέντας *Μήονας*, λέγων *Βοιωτῖαν* εἶναι τὴν τοιαύτην μεταβολὴν, ὡς τῶν *Βοιωτῶν* τὴν ὄλην *ᾱι* δίφθογγον εἰς *η̄* καταμόνας μεταβαλλόντων, ὡς πον καὶ ὁ *Χοιρόβοσκος* παρασημειοῦται, ἐν οἷς ἐξηγεῖται τὸν *Ἡρωδιανόν* λέγων καὶ ὅτι τὰς *θηλυκάς* *πληθυντικὰς* εὐθείας τῶν *παθητικῶν* ἐνεστώτων, τὸ ποιοῦμεναι, λεγόμεναι καὶ τὰ τοιαῦτα ποιοῦμενῆ, λεγόμενῆ ἐκείνοι φασιν· οὕτω δὲ καὶ τὰ ὅμοια. —

syllaba finali, non magis accentum in antepultimam retrahi vetare quam vulgare *αι*. Exempla traduntur *λεγόμενη*, *τύπτομη*, *παληός*, *ἀρχῆος*, *Ἀχηός*, *πῆς*, *δῆς*, *πήω*, *παλήω*, ἢ pro *αἰεὶ*, *βανῆκας* pro *γυναῖκας*.

Inscriptiones *ῆ* pro *αι* praebent primum in 'declinatione prima *ἱππότη* 1588, *εὐεργέτης* 1563. 1564, *διακατής* et *χειλῆς* 1569, a. III, *τῆς* 1593; deinde in terminationibus conjugationis 1568 *κατασκευάτη*, 1569, a. III *κεκόμιστη*, *ὀφείλετη*, *ἀπογράφεσθῃ* et 1562. 1563, a. b. 1568 *δεδόχθη*; non minus in adjectivis in *αιος*, quae a nominibus declinationis primae derivantur, ut *Θειβῆος*, *Ταναγρῆος* 1571. 1593, *Ἑλατιῆος* 1569, a. III pro *Θηβαῖος*, *Ταναγραῖος*, *Ἐλατειαῖος*, item *Λεβαδειῶν* 1588, quae est verior lectio (vid. §. 44, 3), quo pertinent etiam patronymica *Καλλιῆος*, *Ἀριστιῆος*, *Ἰσμενιῆος* pro

Choer. Bekk. 1215. ἔτι δεῖ προσθεῖναι ἐν τῷ κανόνι τῷ λέγοντι, ὅτι φύσει μακρᾶς οὔσης τῆς τελευταίας συλλαβῆς οὐδέποτε τρίτη ἀπὸ τέλους πίπτει ἢ ὀξεῖα, ἤγουν οὐ προπαροξύνεται· καὶ χωρὶς τοῦ ῆ τοῦ γενομένου ἀπὸ τροπῆς τῆς *αι* διφθόγγου παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς· τούτου γὰρ ἐπὶ τέλους ὄντος πολλάκις τρίτη ἀπὸ τέλους πίπτει ἢ ὀξεῖα· τὸ γὰρ τύπτομαι οἱ Βοιωτοὶ τρέποντες τὴν *αι* διφθόγγον εἰς τὸ ῆ προπαροξύνουσι καὶ λέγουσι *τύπτομη*. — Theogn. Ox. II, 51, 18 et Et. M. 32, 6. *παληός*, *ἀρχηός*, *Ἀχηός* (male *ι* subscr. apud Theogn.) Βοιωτία ἐστὶ κατὰ τροπὴν τῆς *αι* διφθόγγου (Et. M. male *ει*) εἰς ῆ. — Ann. Ox. I, 346, 6. οἱ Βοιωτοὶ τὴν *αι* διφθόγγον εἰς ῆ τρέποντες πῆς (leg. πῆς) λέγουσιν ἀντὶ τοῦ παῖς. — Theogn. Ox. II, 134, 29. τὰ εἰς ῆς μονοσύλλαβα ἀπὸ τροπῆς τινὸς γεγεννημένα, διὰ τοῦ ῆ γράφονται, καὶ τὸν αὐτὸν τόνον φυλάττει τοῖς ἀφ' ὧν τέτραπται· — τὸ παῖς περιοπάται, ἀλλὰ καὶ τὸ πῆς, τὸ δαῖς ὀξύνεται, ἀλλὰ καὶ τὸ δῆς, quae aperte sunt Boeotica. — Herod. π. μ. λ. 43, 27 inter verba in ῆω enumerat τὸ παῖω πῆω λεγόμενον παρὰ Βοιωτοῖς (καὶ τὸ παλαῖω) παλήω. — Theogn. Ox. II, 3, 4. ex Herodiano de *αἰεὶ*: Βοιωτοὶ δὲ ἦτ', διὰ τοῦ ῆ καὶ μακροῦ τοῦ *ι* κατὰ τὴν λήγουσαν, cf. Ann. Ox. I, 71, 18 (not. 4); minus recte Et. Ms. Par. apud Bast. ad Greg. p. 347 et aliud ibid. p. 894 παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς διὰ τοῦ *ι* καὶ ῆ; sine dialecti nomine Boeoticum ἦτ' commemoratur in aliis Etymologicis ibid. p. 349. — Hesych. *βανῆκας*, *γυναῖκας* Βοιωτοί.

*Καλλιαιῶς*, vid. §. 48, 1; denique in singulis nonnullis vocibus: ἦ pro Dorico et Lesbiaco αἰ 1569, a. III, κῆ 1562 seqq. 1569, a. c, ἦγων et ἦγυς 1569, a. III, Ἵσχινας 1641, Ἵσχιῶν 1593, Ἵολεῖα pro Διολεῖα 1564, Δαμήνετος 1593, χῆρε 1648, Χηρώνια 1569, c, Χηρωνεύς 1569, a.

In antiquissimo titulo Tanagraeo 1599 αἰ pro αἰ scriptum est, Ἀεσχρονδας Ἀεγυτ . . . . pro Διοσχρώνδας Δίγυτ . . . .

Raro αἰ intactum mansit; nam praeter antiquum titulum valde mirum nr. 1679, ubi Χαιρρονεα, in unico Thebano 1565 leguntur καὶ et Διτώναιο. Excusationem habet αἰ in nominibus peregrinis nr. 1583 Φωκαιεύς et Διολεύς; interdum minus recte a Boeckhio 2) diphthongus scripta videtur. — Raro ι Lesbiaco et Attico more abjectum est, αετὸς 1569, c, Πλαταεῖος 1593.

In Corinnae fragmentis libri ἦ pro αἰ servarunt fr. 10 πῆδα Ἐὸν θέλωσα φίλης ἀγκάλῃς ἐλέσθη i. e. παιῖδα — φίλαις ἀγκάλαις ἐλέσθαι; fr. 11 λιγουροκατίλης ἐνοπής, qui sunt dativi pluralis, unde ibidem ἐμῆς pro ἐμῇ conjectura restitutum est; fr. 12 κῆ. Ipsi Κρονιδῆε i. e. Κρονιδαιε scripsimus pro Κρονίδη fr. 2. vid. §. 48. Corrigenda sunt etiam δονεῖται 8, μέμφομαι 12, δαίμων 5, καὶ 7.

Valde mirum est, quod nonnulla gentilia vulgo in αἰος exeuntia in titulis εἰ pro αἰ habent. Talia leguntur Ταναγραίων 1562. 1563, Θειβεῖος (quanquam recte Ταναγραῖος, Θειβῆος 1593. 1571), Λεβαδειεῖος 1575 (quanquam Λεβαδειῶν 1588), Ἀθανεῖος 1562. 1583. Quum vix liceat suspicari, in his omnibus transcribentium errore εἰ pro ἦ tradi, cum Boeckhio p. 721, b duplex quidam Boeotismus agnoscendus esse videtur, quo ἦ Boeotice ex αἰ natum nova mutatione Boeotica in εἰ transierit.

2) Non minus α apud Boeotos in ἦ vulgo mutatum

2) Pro Ἐρμαῖω 1573 legendum videtur Ἐρμαῖω, ut ipse Boeckhio nr. 1578 scripsit Νικαῖος a Νικᾶς; pro ἀπεγράφαντο ἐν ὀπίτα(ς) 1574 potius supplendum est ἐν ὀπίτα(ε). vid. §. 47.



est, unde grammatici 3) dativos singularis declinationis primae non satis recte iota subscripto carere dicunt, ut τῆ Ἑλένη. In titulis nunc leguntur 1563 τριςκηδεκάτη, 1569, a. III τῆ πόλι et ἐν Φελατίη, 1569, c προβασιη, ἐν τῆ ἀγορῆ, ἐν τῆ ὁδοῦ, 1588 ἱππασίη. vid. §. 44. not. 5.

In antiquo Tanagraeo 1647 ἐπὶ Πλαυχαε est pro Πλαυχα. — Ipsum ᾱ servatum est in antiquioribus titulis 1591 Ἀθάνα, 1639 ΒακεύΦα, nisi forte Boeoti olim Ἀθάναι pronuntiabant, ut δάμοι pro δάμω (nr. 5). Non recte a Boeckhio αδοτος scriptum est 1579. 1580 pro αἰδοτος i. e. αἰδοντος. vid. sqq.

3) Diphthongus εἷ apud Boeotos in longum ῑ abiit secundum grammaticos 4), qui testantur de λέγεις, ἦϊ, ἴμι pro λέγεις, αἰεῖ, εἴμι, fortasse etiam Ποτιδάων, quanquam Herod. π. μ. λ. 11, 8 e Cor. 2 Ποτειδάων Boeoticum vocat, quod facile corruptum habetur; deinde τῖδε pro Dorico τεῖδε huc, siquidem recte Hesychium emendamus; denique addere licet Hesychianas glossas γῖξαι, χωρῆσαι i. e. Φῖξαι pro Φεῖξαι et γίπον, εἶπον leg. Φῖπον, quanquam dialectus non nominatur.

Inscriptiones hanc mutationem habent: in conjugationis terminationibus ἄρχι, ἀπέχι 1569, a. III, pro ἄρχει; in substantivorum terminatione εἰα, ἀσφάλια, ἀτέλια, Φι-

3) Choer. Bekk. 1187. οἱ Βοιωτοὶ ταῖς εἰς ἦ ληγοῦσαι δοτικαῖς οὐ προσγράφουσι τὸ ῑ τῆ Ἑλένη γὰρ φασὶ καὶ τῆ Πηνελόπη χωρὶς τοῦ ῑ, cf. Drac. Strat. 109, 13 et Porphyg. in Ann. Villois. II. p. 116 (vid. §. 15. not. 9).

4) Priscian. IX. p. 438: νεῖ diphthongum in ῑ longum converterunt more Boeotico (Latinum vis e veis, velis explicat). — Ann. Ox. I, 71, 18. οἱ Βοιωτοὶ τρέποντες τὴν αῖ εἰς ἦ καὶ τὴν ἦ (leg. εἷ) εἰς ῑ ἢ ἴ λέγουσιν, ὡσπερ καὶ τὸ λέγεις διὰ μόνου τοῦ ῑ προσφέρουσι, cf. de ἦϊ pro αἰεῖ not. 1, ubi Theognostus de longo ῑ testatur. — De Boeotico ἴμι pro εἴμι Herod. π. μ. λ. 23, 19. — Ann. Ox. III, 241, 15. οἱ Βοιωτοὶ διὰ τοῦ ῑ Ποσιδαίων leg. Ποσιδάων aut potius Ποτιδάων, nisi majus mendum inest. cf. §. 36. not. 4. — Hesych. τί δαί, τί γὰρ ἄλλο, ἢ τί γὰρ; Κρητες. Βοιωτοὶ δὲ ἐνθάδε Ἀττικοὶ διὰ τί δή. Diversa, ut solet, miscuit, Boeoticum voluit τῖδε.

σοτέλια 1562 sqq., *FEλάτια et FEλατιῆος* 1569, a. III; in nominibus in *ιος* exeuntibus *Ἀργῖος* 1583, *Ἀλαλκομένιος* 1569, a. III (cujus mensis vulgaris forma *Ἀλαλκομένιος* legitur 1608, e), item in patronymicis *Ξενοκρατίος* 1574, *Καλλιχαῖος* 1577, *Φιλοκρατίος* 1571, 23, vid. §. 48, 1; in patronymicis in *ιδας* ut *Δαμοκλίδας* 1575, *Καλλικλίδας* 1578, *Ἡρακλίδας* 1583, *Ἀριστοκλίδας* 1593; denique in singulis vocibus et stirpibus *ἄιδοντος* 1579. 1580 (ubi Boeckhius minus recte *ἄδοντος*), *Ἀμνίας* 1575, 1584, 1608, h, *Ἀμνοκλῆς* 1563, b, *Εὐγίτων* et *Ἀριστογίτων* 1575, *Διογίτων* 1579, *Θεογίτων* 1576, *Καλλυγίτων* 1593, *Δινίας* 1593, *ἱράνα* 1563 sqq., *ἐπιδει* pro *ἐπειδή* et *κίμενος* 1569, a, *Καβίριχος* N. P. 1584, *Παμπίρας* 1574 a *πῆρα*, *Διοπίθεις* 1575, *πλίονα* et *Φιδίας* 1569, a.

Interdum vulgare *εἰ* servatur, non solum in quibus Dorienses *ἦ* habuisse certum aut verisimile est, vid. §. 39, 2, sed etiam in iis, quae quum apud ipsos Dores *εἰ* teneant, vulgo mutationem patiuntur. Talia reperiuntur in titulo Thebano 1577 *Ξενοκλίδας*, *Ἡρακλίδας* (v. l. *-κλίδας*) *Ἀριστείδας*, *Διοφάνειος*, in Lebadeensibus 1571, 23. 25 *Φιλοκράτειος*, 1588 *Σανκράτειος*, ut ipsum nomen *Λεβάδεια* scribitur 1575. 1588 et 1569, c. Praeterea non reperiuntur nisi in Tanagraeo 1563, a *ἀσφάλεια*, in Orchomenio 1569, a. III *δάνειον*; nam in nomine peregrino *Ἀλεξανδρεία* 1564 mutatio neglecta minus offendit.

In Corinnae reliquiis recte haec mutatio tradita est in *πouκτεύϊ* fr. 3, *ἐσσάρχι* pro *ἐξάρχι* 19, *ἄδων* 8, *τῖν* 5 e Dorico *τεῖ*. vid. §. 45, 2. Male se habet *Ποτειδάων* fr. 2. vid. supr. — Nullum hujus mutationis apud Aristophanem vestigium.

Apparet igitur, *εἰ* diphthongum, ubi est in strictiore Dorismo, in universum, quocumque modo nata est, in *ι* a Boeotis mutari, nec si quando mutatio negligatur, certas voces et formas hac regula excipi. — Si qua sunt inter exempla allata, quae a grammaticis in Dorica dialecto *ἦ* habuisse referuntur, ut *λέγης*, *πλήων*, non recte

hos praecipere indicavimus §. 14, 4, alio tempore accuratius demonstrabimus.

Quod grammatici  $\bar{e}\bar{i}$  apud Boeotos etiam in  $\eta$  transisse tradunt <sup>5)</sup>, error est.

4) Diphthongus  $\bar{o}\bar{i}$  a Boeotis secundum grammaticos <sup>6)</sup> in  $\bar{u}$  longum mutata est, ita tamen ut in fine vocis accentum retrahi non magis vetaret, ut "Ομηρου, καλὸν, ἐμὺν pro "Ομηροῖ, καλοῖ, ἐμοῖ.

In titulis hanc mutationem patiuntur primum nominativi pluralis decl. II τὸν, τὴνδε pro τοῖ, τοῖδε i. e. οἱ, οἷδε nr. 1568. 1569, a. III. 1583; item dativi τῷς ἄλλυς

5) Et. Gud. 296, 17. καλλιπάρης κατὰ τροπὴν Βοιωτικὴν τῆς  $\bar{e}\bar{i}$  διφθόγγου εἰς  $\eta$ ; neque aliud volunt, qui παρὰ Aeolicum dicunt pro παρὰ, Et. M. 487, 6. et Gud. 295, 39; Et. M. 653, 33. et Gud. 453, 13 (ubi exemplum  $\bar{\eta}\bar{i}\bar{o}\bar{i}\bar{o}\bar{n}$  pro  $\bar{\eta}\bar{i}\bar{o}\bar{i}\bar{o}\bar{n}$  additur); Tzetz. ad Hes. Opp. 664 et Et. Leid. ap. Gaisf. — Jam vero vox a παρὰ derivata (unde  $\bar{a}$  tenetur in Pindarico καλλιπάρης et Lesbico παρὰ. vid. §. 5, 5) antiquitus παρὰ vel παρὰ sonasse videtur, unde  $\bar{a}$  Ionice in  $\eta$  mutato παρὰ, inde Atticum παρὰ ortum est, apud Boeotos autem  $\bar{a}\bar{i}$  in  $\eta$  mutato παρὰ, quod grammatici male et ad Homericum καλλιπάρης adhibebant et ex Attico παρὰ derivabant. — Simillima sunt, quae tradit Choerob. Ann. Ox. II, 245, 21. ὄνειρα — διὰ τῆς  $\bar{e}\bar{i}$  διφθόγγου γράφεται· ἐπειδὴ οἱ Αἰολεῖς  $\eta$  γράφουσιν αὐτὸ· οἷον ὄνειρα· κατὰ ἔθος γὰρ ἔχουσι τὴν  $\bar{e}\bar{i}$  διφθόγγον εἰς  $\eta$  τρέπειν. Nam e radice ὄνα (cf. ὄναιτο) antiquitus ὄναι factum videtur, inde ὄναρ, ὄναιρ, Boeotice autem ὄναρ. Erronee latius propagato eadem mutatio in aliis agnoscitur: Et. M. 605, 34. "Απολλώνιος ὁ Ἀρχεβίου καὶ τὸ νῆφω τὸ θύνω ἀπὸ τοῦ νῆφω τοῦ χιονίζω λέγει γεγενῆσθαι κατὰ τροπὴν Βοιωτικὴν τῆς  $\bar{e}\bar{i}$  διφθόγγου εἰς  $\eta$ . Adjuvat errorem contraria Boeotorum mutatio τοῦ  $\eta$  εἰς  $\bar{e}\bar{i}$  et Aeolicum in nonnullis  $\eta$  pro  $\bar{e}\bar{i}$ . vid. §. 14.

6) Choerob. Bekk. 1215 post ea, quae in not. I attulimus: εἰ δεῖ προσθεῖναι· καὶ χωρὶς τοῦ  $\bar{u}$  τοῦ μακροῦ τοῦ γινομένου ἀπὸ τροπῆς τῆς  $\bar{o}\bar{i}$  διφθόγγου παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς· τούτου γὰρ ἐπὶ τέλους ὄντος πολλάκις τρίτη ἀπὸ τέλους πίπτει ἡ ὄξεια· τὸ γὰρ "Ομηροῖ τρέποντες τὴν  $\bar{o}\bar{i}$  διφθόγγον οἱ Βοιωτοὶ εἰς τὸ  $\bar{u}$  μακρὸν προπαροξύνουσι καὶ λέγουσιν "Ομηρου. — Apoll. de pron. 104 de ἐμοῖ: Βοιωτοὶ διὰ τοῦ  $\bar{u}$  ἐμὺν συνήθως, καθὰ καὶ τὸ καλοὶ καλὸν. — Ibid. 106 de οἷ et Aeolice  $\bar{F}\bar{o}\bar{i}$ : Βοιωτοὶ συνήθως εἰς τὸ  $\bar{e}$  μεταλαμβάνουσι (Bekk. vult  $\bar{v}$ , potius  $\bar{F}\bar{v}$ ).

προξένος 1562—64, αὐτῆς 1562. 63, ἵππος, ἦγος, προβά-  
 τος, Ἐρχομενίος 1569, a. III, Βοιωτίος, Ἐρχομενίος, πο-  
 λεμάρχος 1573; deinde Φυκία 1562—64 pro οἰκία<sup>7)</sup>,  
 Ἀγρονίκιος ab ἀγροῖκος 1574, αὐλαΦυδός, κωμαΦυδός etc.  
 1583 ab αἰοιδός, κατάλυπον, Θύναρχος 1569, a.

Contra *ōi* servatum est in titulo Thebano 1565, ubi  
 Φοι et Φοικία, Lebadeensibus 1575, ubi Βοιωτοῖς, Λεβα-  
 δεείοις, 1588 τοὶ ἱππότη; Copensi 1574 Ποιδικός(?) et

7) Hinc fortasse illustrandae sunt duae voces Boeoticae satis  
 difficiles. Primum Plutarch. Quaest. Gr. p. 292. τίς ὁ παρὰ Βοιω-  
 τοῖς πλαευχαίτας; τοὺς οἰκία γειννιώντας ἢ χωριοὺς ὁμοροῦντας  
 αἰολίζοντες οὗτοι καλοῦσιν ὡς τὸ πλεῖστον ἔχοντας. Deinde Thucyd.  
 IV, 97. Βοιωτοὺς ἐπικαλουμένους τοὺς ὁμοχέτας δαίμονας, quam  
 vocem explicant Scholl. Thuc. ὁμοχέται οἱ συμμετέχοντες τῶν αὐτῶν  
 ναῶν καὶ τῶν αὐτῶν ἱερῶν, Suid. ὁμοχαίτας (v. l. ὁμοχαίτας). Θεο-  
 κιδίδης τοὺς συννάους θεοὺς καὶ ὁμοροφίους· Βοιωτικὴ δὲ ἡ λέξις ad-  
 dita Scholiastae interpretatione; similiter Photius, apud quem ὁμο-  
 χέτας; Hesych. ὁμοχέται οἱ συμμετέχοντες τῶν αὐτῶν σπονδῶν ἢ ὁμο-  
 βῶμιοι καὶ ὁμόναοι. — Recte Schneiderus in lexico s. v. ὁμοχέτης  
 utriusque vocis alteram partem non differre intellexit et apud Plu-  
 tarchum correxit ὡς τὸ πλησίον ἔχοντας. Contra dubito an non recte  
 grammaticis crediderit et Plutarcho, utramque vocem ex ἔχω com-  
 positam existimantibus, et Plutarcho πλατωχέτας restitui jusserit.  
 Adversantur enim et terminatio in derivatis verbi ἔχω insolita et  
 reliqua Plutarcheae vocis forma, quae certe (e Dorico πλατίον pro  
 πλησίον) πλατιωχέτας sonare debebat, et significatio habitandi objecto  
 omisso in verbo ἔχω vix probabilis. Potius in Plutarchea voce  
 suspicamur latere πλαφυκέτας i. e. πλησιοικέτας (cf. de terminatione  
 μεσοικέτας et μετοικέτας pro μέτοικος apud Hesychium, Θετταλοικέ-  
 ται apud Athen. VI. p. 264), ut πληγεναῖς significat τοὺς πλησίον  
 γένους, cf. πλησιοίκος, πλησιόχωρος. Plutarchus non minus in hac  
 voce, quam ex antiquis publicis documentis se hausisse profitetur,  
 legenda errare poterat, quam qui iisdem plane erroribus C. I. nr.  
 1575 legerunt τιχατι pro Φικατι. Thucydidis igitur ὁμοχέται δαίμονες  
 sunt ὁμοικέται, ὁμοίκοι i. e. ὁμόναοι, ὁμοβῶμιοι. Quod in Boeotica  
 vocis forma nullum, ut apud Plutarchum, ῥ apparet, inde expli-  
 candum videtur, quod eo tempore Boeoti *ōi* nondum in ῥ mutave-  
 rant, sed aut *ōi* retinebant aut *ōē* proferebant (vid. §. 41). Itaque  
 vox e ὁμοΦοικέτας aut ὁμοΦοικέτας corrupta est, fortasse non sine  
 aliqua ipsius scriptoris culpa.

*τοῖδε* e Boeckhii conjectura pro *τον...*, in Orchomenio 1593 *Βοιωτοῖ*, quanquam haec lectio non certissima videtur. Praeterea *ω̄* semper retinetur in ipso *Βοιωτῶν* nomine 1565. 1573. 1575. 1588. 1593, denique in nominibus propriis *Δαμοτοῖδας* 1568, *Μενοίτας* 1569, a. III. Iota ejicitur in *ἐπέεισε* 1582 et *ποιετας* 1583.

Apud Corinnam certum hujus mutationis exemplum non legitur. Praeter *Βοιωτὸς* fr. 2 et *Πινδάρου* 12, quorum alterum titulorum usu defenditur, alterum antiquitate formae, quae non in vulgato usu erat, excusationem habet, adeo leguntur *βριμούμενοι* 8 et *λευκοπέπλοις* 11. At in his olim *ῡ* scriptum fuisse arbitramur, quum ipse Apollonius, qui Corinnam Boeoticae dialecti auctoritatem habet, hanc mutationem non ignoret (not. 6). Inde pro corrupto *ηδ'* fr. 1 suspicari ausi sumus *Ἔυδ'* i. e. *οἶδα*. — Apud Aristophanem nullum hujus mutationis vestigium. — Pertinet huc etiam Boeoticum nomen proprium *Ἀνεμύτας* pro vulgari *Ἀνεμοίτας* apud Demosth. de cor. p. 324.

5) Non minus diphthongus *ω̄* in nonnullis titulis in *ῡ* abit: *τῷ δάμν* 1562—64, *αὐτῷ* 1564. 1569, a. III, *Εὐβώλν* et *Ἐλατιῆν* 1569, a. III, *ὀδῦ* et *τῷ* 1569, c. Prisciano contra teste 8) Boeoti *ω̄* mutabant in *ο̄ε*, neque aliter in antiquo titulo Tanagraeo 1599 *Διονύσουε* legitur pro *Διονύσω*. Alii grammatici 9) testantur, diphthongum

8) Priscian. I. p. 49. »Romani *ο̄ε* pro *ω̄*, ut comoedia, tragodia. Nec mirum, quum pro *ω* quoque habemus *ο* et pro *ι* *ε* in diphthongo accipimus. Hoc tamen quoque ad imitationem Boeotorum solemus facere.«

9) Et. M. 29, 26 e Choerobosco (cf. Et. G. 13, 35): *ἀπὸ τοῦ αἰδῶς γίνεται αἰδῶος, ὡς περ ἡῶος καὶ ἡρῶος καὶ κατὰ τροπὴν Βοιωτικὴν τῆς ω̄ διφθόγγου εἰς οἶ ἡοῖος καὶ αἰδοῖος; deinde l. 50. ὅθεν τὸ κῖδοῖος ἐκ τοῦ αἰδῶος κητικῶν γίνεται κατὰ τροπὴν Αἰολικὴν τῆς ω̄ διφθόγγου εἰς οἶ. — Et. M. 224, 36. παρὰ τὸ γέλωσ γελῶ γελῶϊος ὡς πατρῷος· καὶ Βοιωτικῶς γελοῖος· οἱ γὰρ Βοιωτοὶ τὸ ω̄ καὶ τ εἰς τῆν οἶ διφθόγγον τρέπουσι, τὸ πατρῶος πατροῖος λέγοντες καὶ τὸ ἱρωῖος ἡροῖος. — Theogn. Ox. II, 53, 30. τραπέζοιος, Βοιωτικὸν*

$\bar{\omega}$  apud Boeotos in  $\bar{o}$ i mutari, ut *πατροῖος*, *ἡροῖος* pro *πατρῶος*, *ἡρωῖος*; neque vero hunc usum ad sola talia adjectiva pertinere, indicat Apollonius <sup>10</sup>), quum tradit nonnullos iota subscriptum in  $\nu\bar{\omega}$  falsum judicasse, quod Boeoti non dicerent *νοῖ*; docent etiam tituli nonnulli, in quibus  $\bar{o}$ i pro  $\bar{\omega}$  legitur: nr. 1565 *τοῖ δάμοι* pro *τῷ δάμω*, 1588 *τοῖ Τρεφωνῖοι*, ut etiam in corruptissimo 1571 l. 2. 23 *Τροφωνῖοι* esse videtur, nr. 1579. 1580 *Διωνύσοι*. Nam quod Boeckhius has antiquae scripturae reliquias esse judicat, nullum praeterea in Boeoticis titulis hujus aetatis vestigium reperitur.

Ipsa diphthongus  $\bar{\omega}$  raro scripta legitur nec nisi lectione satis incerta: *Τρεφωνῖω* 1571, 13, *Διωνύσῳ* 1601, *ε*, *Εἰρώδας* 1574, at *Εἰρώδας* 1583.

6) Pro diphthongo, quae vulgo est,  $\bar{o}\bar{u}$  Boeoti cum severiore Dorismo  $\bar{\omega}$  proferunt, ubi contractione ex  $\bar{o}\bar{o}$  vel  $\bar{o}\bar{e}$ , aut productione suppletoria, consonante ejecta, nata est, ut *πολέμω* pro *πολέμου* ex antiquissimo *πολέμου*, *θέλωσα* pro *θέλουσα* ex antiquo *θέλονσα*. vid. §. 42 et 43.

### §. 41.

#### De Boeoticae dialecti in vocalibus proferendis inconstantia.

In vocalium mutationibus, quibus Boeotica dialectus mirum quantum a reliquorum Graecorum consuetudine discedit, insignis quaedam inconstantia conspicitur, cujus rationem et causas accuratius exquirere operae pretium videtur.

$\bar{o}\bar{u}$ , καὶ κατὰ τόνον καὶ κατὰ γραφήν. — Inde etiam *Τροῖα* vocatur ὄνομα Βοιωτικὸν e *Τρωῖα* Et. M. 770, 15; adeo simplex  $\bar{\omega}$  Boeotice in  $\bar{o}$ i transire dicitur, ut *ἀγκοῖνη* ab *ἀγκῶνη* Scholl. Dion. Thr. 782, 32, Ann. Ox. IV, 320, 22.

10) Apollon. de pron. 111 de iis, qui  $\tau$  subscr. in  $\nu\bar{\omega}$  falsum judicabant: *τεκμηριωθέντες τε ἐκ τοῦ Βοιωτιακοῦ· ἐπιὶ οὐδέποτε παρ' αὐτοῖς νοὶ διὰ τοῦ  $\bar{o}$ i*, ubi non recte Bekkerus probante Boeckhio proposuit  $\nu\bar{\omega}$  et  $\bar{u}$ .

Ut ordiamur ab iis inscriptionibus, quae tertio fere saeculo exaratae aetate non multum differunt, duplex earum genus discernitur, alterum proprietate quadam Boeotica in vocalibus proferendis a reliquarum dialectorum usu remotissima insigne, alterum vulgari linguae propiorem dialectum exhibens. Illud complectitur titulos Tanagraeos 1562. 1563 et Orchomenios 1564. 1568. 1569. 1573. 1583. 1593, hoc Thebanos 1565. 1576. 1577. 1578, Lebadeenses 1571. 1575. 1588, Orchomenios 1579. 1580; minus certa est ratio corruptissimi tituli Copensis 1574, ut alios breviores omittamus. Maxime eo differunt, quod in primo inscriptionum genere fere semper  $\bar{v}$  mutatur in  $\bar{o}\bar{v}$ ,  $\bar{o}\bar{i}$  et  $\bar{\omega}$  in  $\bar{v}$ , dum alterum retinet  $\bar{v}$  (excepto unico  $\alpha\sigma\upsilon\upsilon\lambda\lambda\alpha$  1565) et  $\bar{o}\bar{i}$ , contra  $\bar{\omega}$  mutat in  $\bar{o}\bar{i}$ . Sed etiam reliquae Boeoticae vocalium mutationes saepius in altero genere negliguntur, ut  $\bar{\alpha}\bar{i}$  servatur nr. 1565, quanquam idem in  $\bar{\eta}$  mutatur 1578. 1588,  $\bar{\epsilon}\bar{i}$  retinetur 1577. 1571. 1588, quanquam vulgarem Boeotorum mutationem patitur in nr. 1575. 1576. 1578—80, adeo in ipsis 1571. 1577, si fides est lectioni; postremo  $\bar{\epsilon}$  ante vocales semper retinetur in nr. 1576, interdum in nr. 1565. 1575, dum idem semper in  $\bar{\tau}$  mutant nr. 1579. 1580. 1588. Contra  $\bar{\eta}$  sine ullo inscriptionum discrimine in  $\bar{\epsilon}\bar{i}$  mutatur, ut taceamus de ea vocalium ratione, quae Boeotis cum Doribus communis est.

Jam vero quaerentibus, quae sit hujus discrepantiae causa, proclivis est suspicio, in iis titulis, qui (ut Boeckhii verbis utamur) Boeotismum minus perfecte referunt, e vulgari reliquorum Graecorum usu nonnulla intermixta esse. At primum hi tituli in aliis rebus Boeoticae proprietatis satis sunt tenaces, adeo habent, quibus longius, quam qui magis Boeotici visi sunt, a vulgari consuetudine recedant, quo pertinent  $\kappa\alpha\gamma\gamma\acute{\alpha}\nu$  καὶ κατάλατταν, nr. 1565, dum apocope negligitur 1562—1564,  $\Sigma\acute{\alpha}\nu\mu\epsilon\iota\lambda\omicron\varsigma$  et  $\Sigma\alpha\upsilon\kappa\rho\acute{\alpha}\tau\epsilon\iota\omicron\varsigma$  1575. 1588, dum  $\Sigma\omega\kappa\rho\acute{\alpha}\tau\iota\omicron\varsigma$  est 1583,  $\acute{\alpha}\nu\epsilon\theta\iota\alpha\nu$  1588 pro  $\acute{\alpha}\nu\epsilon\theta\epsilon\iota\kappa\alpha\nu$ , quod legitur 1579. 1593, denique singularis patronymicorum in  $\bar{\iota}\bar{o}\bar{\varsigma}$  usus, qui

praeter titulos Thebanos 1577. 1578 et Lebadeenses 1571. 1588. 1601 non reperitur nisi in Copeni, qui medius quasi est inter utrosque. vid. §. 48. Deinde in his ipsis titulis  $\bar{\omega}$ , quod alteri in  $\bar{v}$  mutant, transit in  $\bar{\omega}$ , quum mutationem Boeotis propriam esse testantur grammatici, dum tacent de altera 1). Igitur hic quidem apparet duplicem fuisse Boeotorum morem, utrumque inscriptionibus, alterum, qui est in titulis minus, ut visum est, Boeoticis, etiam grammaticorum testimoniis confirmatum, neutrum altero magis Boeotis proprium.

Satis hinc patere existimamus, quae in altero inscriptionum genere minus a vulgari Graecitate abhorrent, non esse peregre inuenta, sed et ipsa non minus Boeotica. Neque tamen discrepantiae causa ita explicari potest, ut in diversis Boeotiae partibus diversa dialectus valuisse putetur, quum Orchomenii tituli reperiantur in utroque genere, quanquam notabile est, alteram vocalium proferendarum rationem regnare in titulis Tanagraeis et Orchomeniis, alteram in Thebanis et Lebadeensibus; neque aetas discriminis causa est habenda, quum et omnes saeculo fere tertio, et Orchomenii nr. 1579. 1580 eodem fere tempore exarati sint quo nr. 1583. Nihilominus alteram rationem altera antiquiorem esse maxime apparet, ubi accuratius quaerimus de  $\bar{v}$  in  $\bar{\omega}$  mutato. Quum enim haec diphthongus etiam brevis vocalis vicem ita sustineat, ut ipsa corripiatur, rectissime Priscianus intellexit, eam non veram esse diphthongum, nec nisi peculiarem et antiquum quidem vocalis  $\bar{v}$  sonum, a Boeotis servatum, exprimere eodem modo, quo Graeci scriptores Latinum u per diphthongum  $\bar{\omega}$  proferre solent. At hi quidem peregrinum sonum, quem simplici Graeca litera reddere non licebat, necessario, quatenus fieri poterat, duplici signo imitati sunt; nec mirum esset si reliqui Graeci eundem

1) Adeo, si recte Boeckhius hoc  $\bar{\omega}$  pro  $\bar{\omega}$  ex antiqua scriptura remansisse iudicaret (cf. §. 40, 5), appareret inde, Boeotos olim  $\bar{\omega}$  non mutasse.



vocalis apud Boeotos sonum eodem modo significarent. Boeotos autem ipsos cur proprium sonum ratione non valde probanda expressisse putamus? Num forte literarum usum eo demum tempore accepisse, quo apud eos Graecos, unde acciperent, antiquus vocalis  $\bar{u}$  sonus jam mutatus esset, ita ut nullam simplicem literam reperirent, qua sonum ipsis proprium significarent? Nemo facile credet, praesertim quum Romani, quos literas post Boeotos accepisse certissimum videtur, eundem vocalis sonum simplici litera scribere non dubitaverint. Igitur Boeoti olim scripserunt  $\bar{u}$ , postea, sono non mutato, mutarunt scripturam, quum ceteri Graeci signo servato aliam pronuntiationem tribuissent. Boeoti igitur scripturae mutandae nullam habebant causam, nisi ut in literarum sono sibi cum reliquis Graecis conveniret, quantumvis dialectus discreparet. Neque vero prius Boeotos antiquam scripturam ad peregrinas dialectos accommodasse probabile est, quam interkursu cum reliquis Graeciae populis aucto Dorica et maxime Attica lingua magis magisque innotuissent, quibus primum antiqua Boeotorum scriptura, mox ipsa dialectus cessit<sup>2)</sup>. Et egregie confirmatur opinio nostra eo quod in Boeotiae potissimum finibus, Orchomeni et Tanagrae nova scribendi ratio invaluisse videtur, antiqua tenebatur in media terra, Thebis et Lebadeae.

Jam vero non casu aliquo factum est, ut in iisdem titulis neque  $\bar{u}$  in  $\bar{o}\bar{u}$ , neque  $\bar{o}\bar{u}$  vel  $\bar{\omega}$  in  $\bar{u}$  mutetur. Quum enim cavendum esset, ne eadem litera duplex munus sustineret, pro  $\bar{o}\bar{u}$  et  $\bar{\omega}$  non poterat  $\bar{u}$  (quod haud dubie sono apud reliquos Graecos usitato pronuntiatum

---

2) Non aliter, qui hodie Germaniae inferioris dialecto utuntur, ad vocalis  $\bar{a}$  peculiarem sonum (*the broad German sound*) exprimendum scribunt *woater*; majores nostri scripserunt *water*, ut etiam nunc Angli. Sed, postquam invasit et superavit superioris Germaniae dialectus, ad hujus pronuntiationem scriptura accommodatur.

est) prius adhiberi, quam antiquo Boeotico sono se abdicasset et  $\bar{o}\bar{u}$  pro  $\bar{u}$  scribi coeptum esset.

Jam igitur satis certum videtur, eos titulos, qui minus perfecte Boeotismum referre visi sunt,  $\bar{u}$  et  $\bar{o}\bar{u}$  cum vulgari dialecto communia, neque minus  $\bar{o}\bar{t}$  pro vulgari  $\bar{q}$  ex antiqua ipsorum Boeotorum dialecto et scriptura servasse. Minus certum judicium est de reliquis vocalium mutationibus, quae minore constantia in iisdem titulis negliguntur, quia sine ulla peregrinarum dialectorum cognitione  $\bar{a}\bar{i}$  in  $\bar{\eta}$ ,  $\bar{\epsilon}\bar{i}$  in  $\bar{i}$ ,  $\bar{\epsilon}$  ante vocales in  $\bar{i}$  transire poterant. At e reliquorum tamen analogia satis probabili conjectura colligimus, ne in his quidem antiquam Boeotorum scripturam a vulgari diversam fuisse, quamquam titulorum antiquioris rationis tenaciorum minor in his mutationibus negligendis constantia majorem mutationum antiquitatem prodere videtur. Quod  $\bar{\eta}$  in omnibus titulis sine discrimine in  $\bar{\epsilon}\bar{i}$  transit, summam hujus mutationis antiquitatem indicat.

Jam accedamus ad eas inscriptiones, quae quum scripturae genere majorem antiquitatem prodant, vix tamen quartum saeculum multum superant. Et tres quidem ex his ipsum  $\bar{a}\bar{i}$ , quod apud veteres Boeotos non mutatum fuisse suspicati sumus, offerunt, Thisbensis 1592 *Ἀθάσαι*, Orchomenia 1639 *Βακὺν Φαι*, Chaeroneensis 1679 *Χαιρῶνεία*; vix enim dubitamus, quin in prioribus  $\bar{a}\bar{i}$  pro  $\bar{q}$  non minus scribendum sit, quam antiquior dialectus  $\bar{o}\bar{i}$  habebat pro  $\bar{q}$ . In ultima praeterea, quum singula vox pro *Χαιρῶνεία* haud dubie prisco scripturae genere posita sit,  $\bar{\epsilon}$  est pro  $\bar{\epsilon}\bar{i}$ , igitur haec diphthongus nondum in  $\bar{i}$  transiit. — Deinde in antiquis titulis Tanagraeis legitur: nr. 1592 *Ἡσχρονδας Αἰγυ. . . Διονυσος* et 1647 *ἐπὶ Πλανχαε*. Igitur hic, ubi proprietas Boeotica conspicitur,  $\bar{u}$  non mutatum egregie sententiam nostram confirmat. Valde autem notabile est diphthongorum genus, quod Latinis unice usitatum, apud Graecos rarissi-

num<sup>3)</sup>, Boeotis non alienum fuisse solus Priscianus, ex antiquis fortasse monumentis, cognitum habebat (§. 40. not. 8). Quod recentius esse eo genere, in quo *i* est, docent dativi primae et secundae declinationis, qui *i* ab origine habent, docet etiam Latina lingua, in qua antiquum terrai aequae iu terrae transiit. Et *āē*, *ōē* media quasi sunt inter *āī*, *ōī* et *η*, *ū*. Sed quum recentiores ii tituli, qui antiquissima *āī* et *ōī* seruarunt, nunquam *āē* vel *ōē* offerant, hoc diphthongorum genus non valde placuisse nec diu aut multis usitatum esse videtur. Ceterum non negligendum est, hos titulos Tanagrae fuisse positos, in confiniis Atticae, ubi facilius id agebant, ut diphthongorum sonum apud Boeotos mutatum et ab Attico diversum scriptura exprimerent.

3) Stephan. Byz. ap. Eust. 335, 38, qui integriore exemplari usus est: λέγει δὲ ὁ τὰ ἔθνη γράψας, ὅτι Αἰολεῖς ὄντες οἱ Πεζύραιβοὶ ἐδίπλων τὰ σύμφωνα Πεζύραιβους ἑαυτοὺς καλοῦντες καὶ πόλιν Γόννον παρ' αὐτοῖς οὖσαν καὶ γόννατα καὶ τριαυτὰ τινα. — Steph. Byz. editus s. v. Γόννοι — γράφεται δὲ καὶ μετὰ τοῦ  $\bar{\upsilon}$  (i. e. Γούνοι): Τοὺς δὲ Πεζύραιβους καλοῦντας ἑαυτοῖς. Καὶ Γόννον διὰ δύο  $\bar{\nu}\bar{\nu}$  τὴν πόλιν. Γόνα (codd. γόννα) γὰρ οἱ Αἰολεῖς τὰ γόννατα.

**Platon. Cratyl. p. 405, c** Ἀπλῶν γάρ φασι πάντες οἱ Θετταλοὶ τοῦτον τὸν θεὸν, ubi Boecklius ad nr. 1766 recte praestare dicit nonnullorum librorum lectionem Ἀπλοῦν; deinde Σουσίπατρος 1766, κερδοίου pro κερδώω 1767 abjecto  $\bar{i}$  subscripto, Κραννονίου pro Κραννονίων in nummo apud *Mionn. Suppl.* III. p. 281, adeo ibid. p. 284 in nummo Γομφιούν pro Boeotico Γομφιῶν, Lesbiano et Dorico Γομφιᾶν, quod non ex Attico Γομφιῶν, sed ex antiquiore Γομφιᾶων contractionē natum videtur (cf. *Lat. coelicolum e coelicolarum*). — Diphthongus  $\bar{a}i$  retinetur in καὶ et Πολεμαρχιδᾶϊος 1766, Λαρισαίων in nummo apud *Mionn. Suppl.* III, p. 288; in alio contra nummo ibidem legitur Λαρισαίων, de quo diphthongorum genere, rarissimo apud Graecos, diximus §. 41. not. 3. Diphthongus  $\bar{e}i$  tenetur in Τεμπεία. — Iota subscriptum omittitur in dativis Τεμπεία 1767, κερδοίου 1766, quī mos Aeolicus vocatur. vid. §. 15, 4. — Longum  $\bar{a}$  productione suppletoria ortum tenent cum plerisque Graecis in *ἱεροναμονείσας, δαυναφορείσας*, dum Aeoles Asiani in his terminationem  $\bar{a}is$  habent.

5) In declinatione I. nominativi masculinorum in correptum  $\bar{a}$  exeuntes Thessalicae dialecto tribuuntur ab Apollonio <sup>4)</sup>, quum plerumque Aeolum vel Boeotorum (vid. §. 20. not. 3) vel Macedonum vel aliorum esse dicantur; *θύτας* tamen legitur nr. 1766. — De nulla Thessalicae dialecti proprietate in vulgus magis constat, quam de genitivis declinationis secundae in  $\bar{o}ia$  exeuntibus <sup>5)</sup>; quod nunc in nr. 1767 legitur *Αἰσχυλῆς Σατυροῦ*,

4) Apoll. de synt. 214, 4. ἡ κλητικὴ ἀντ' εὐθειῶν παραλαμβάνεται κατὰ Μακεδονικὸν ἔθος ἢ Θετταλικὸν, ὡς οἱ πρὸ ἡμῶν τὸ τοιοῦτον ἐπιστώσαντο· αὐτὰρ ὁ αὐτε θύεσσι. cf. Priscian. XVI. p. 613.

5) Apoll. de pron. 138. ἡ ἔμοιο, σοιο, οἰο ἦτοι μετὰ διαίρεσος τὸ  $\bar{i}$  παρέλαβον ἢ Θετταλικαὶ εἰσιν, ὡς καὶ Ἀριστάρχῳ ἤρεσκεν. cf. quae antecedunt. — Id. de synt. 50, 4. ἡ Θετταλικὴ διαίρεσις κατὰ γενικὴν (in τοῖο); eodem igitur spectare videtur Trypho καθ. λεξ. §. 15, quum diaeresin Thessalicam vocat (vid. §. 18 not. 4), quamquam non memorat hos genitivos. Praeterea Thessalicorum geniti-

fortasse ita defendi potest, ut antiquioris formae Σαρ-  
ροιο ultimum  $\bar{o}$  abjectum esse putetur, ut apud Latinos  
equi ex equius, equiu natum esse intelligimus compa-  
rato unius; quippe pro Graeco  $\bar{o}$ i Latini longum  $\bar{i}$  ha-  
bere solent, cf. ἵπποι, equi, οἶδα, vidi. Müllerus Σαρύροιο  
rescribendum esse iudicavit. — De vocalium in declina-  
tione mutationibus supra vidimus.

## Aeolicarum dialectorum inter se comparatio.

### §. 51.

Tres illas dialectos, quae optimo jure Aeolicae vo-  
cari videntur, quia, qui illis usi sunt, Aeoles erant,  
comparantem mirum habere oportet, quod Asianorum  
Aeolum et Bocotorum dialecti tantum inter se distant,  
quantum vix ab alia quavis Graecae linguae dialecto. Ut  
omittamus leviora et incertiora: Lesbii erant βαρυντικοί,  
vix Boeoti; illi fugiebant asperum, hi amabant; Lesbii  
cum Ionibus saepe antiquum  $\bar{\tau}$  in  $\bar{\sigma}$  mutant, quod Boeoti  
aut cum Doribus retinent aut in  $\bar{\theta}$  vertunt; pro  $\bar{\zeta}$  Lesbii  
in mediis vocibus  $\bar{o}\bar{\delta}$  habent, Boeoti cum Laconibus  $\bar{\delta}\bar{\delta}$ ;  
liquidarum duplicationem in Lesbiaca dialecto insignem  
ignorat Boeotica nec minus  $\bar{\nu}\bar{\epsilon}$  ab illis in  $\bar{\alpha}\bar{\epsilon}$  mutatum; con-  
tra cum Thessalis proprium sibi habet  $\bar{o}\bar{\sigma}$  in  $\bar{\tau}\bar{\tau}$  mutatum.  
E vocalibus correptum  $\bar{\alpha}$  saepe in  $\bar{o}$  mutatur a Lesbiis et  
 $\bar{o}$  in  $\bar{v}$ , dum Boeoti adco in *Ἰλιατι* et aliis cum Doribus  
 $\alpha$  retinent; contra peculiari Bocotorum, recentiorum cer-  
te, more,  $\bar{\epsilon}$  ante vocales transit in  $\bar{\tau}$  (cujus mutationis

vorum mentio fit Eust. 13, 8—96, 12—140, 4; Et. M. 27, 42—  
154, 5—213, 24—618, 37; Et. G. 14, 9—258, 45—281, 34—  
480, 53—554, 27; Ann. Ox. I, 209, 6—212, 10—425, 12—II,  
404, 16—III, 228, 1; Choerob. Bekk. 1223; Exc. cod. Paris.  
post Greg. Cor. 700.

apud Lesbios leve tantum vestigium in adjectivis *χούσιος* etc.),  $\bar{v}$  in  $\bar{ov}$ ,  $\bar{\eta}$  in  $\bar{ei}$ ,  $\bar{a}$  et  $\bar{q}$  in  $\bar{ae}$  aut  $\bar{\eta}$ ,  $\bar{ei}$  in  $\bar{i}$ ,  $\bar{oi}$  in  $\bar{v}$ ,  $\bar{\omega}$  in  $\bar{oi}$  aut  $\bar{os}$  aut  $\bar{v}$ . — In declinatione I. Boeotus fere semper utitur solutis genitivorum formis in  $\bar{ao}$  et  $\bar{aon}$ , Lesbios contractis; in dativo pluralis declinationum I. et II. ille amat longiores terminationes  $\bar{aioin}$  et  $\bar{oioin}$ , hic nunquam. Pronominum genitivi Lesbiaci sunt  $\bar{\epsilon}\mu\theta\epsilon\nu$ ,  $\bar{\sigma}\acute{\epsilon}\theta\epsilon\nu$ ,  $\bar{\epsilon}\theta\epsilon\nu$ , Boeotici  $\bar{\epsilon}\mu\acute{o}\upsilon\varsigma$ ,  $\bar{\tau}\epsilon\acute{o}\upsilon\varsigma$ ,  $\bar{\epsilon}\acute{o}\upsilon\varsigma$ . In praepositionibus proprias Boeotorum formas  $\bar{\epsilon}\nu$  pro  $\bar{\epsilon}\iota\varsigma$  et  $\bar{\epsilon}\iota\varsigma$  pro  $\bar{\epsilon}\xi$  ignorant Lesbii.

Contra tot tantasque differentias pauca reperiuntur eaque fere levia, quae utrique dialecto, neque tamen simul Doricae, communia sint. Talia sunt haec: ut digamma et omnes Aeoles et veteres Dorienses ex antiqua lingua servarunt, ita peculiari Lesbiorum et Boeotorum more inter vocales interdum in  $\bar{v}$  transit; non minus utrique  $\bar{\pi}$  pro  $\bar{\tau}$  habent in paucis; in declinationis tertiae accusativo utraque dialectus amat terminationem  $\bar{v}$ , ut  $\bar{\alpha}\beta\acute{\alpha}\kappa\eta\nu$  est Lesbiorum,  $\bar{\Delta}\iota\omicron\gamma\acute{\epsilon}\nu\epsilon\iota\nu$  Boeotorum; voces in  $\bar{\epsilon}\nu\varsigma$  apud Lesbios in flexione  $\bar{\eta}$  habere solent, ut  $\bar{\beta}\alpha\sigma\acute{\iota}\lambda\eta\omicron\varsigma$ , quo  $\bar{\eta}$  in  $\bar{ei}$  mutato Boeoticum  $\bar{\beta}\alpha\sigma\acute{\iota}\lambda\epsilon\acute{\iota}\omicron\varsigma$  nascitur, eamque ipsam mutationem etiam Asiani Aeoles recentiores in his formis assumpserunt; denique in conjugatione a Boeotis non alienus est Lesbiacus verba vulgo contracta secundum verborum in  $\bar{\mu}\epsilon$  analogiam flectendi mos, quanquam mature abolitus esse videtur apud illos.

Vides his comparatis tantum interesse inter utrumque dialectum, ut dubitare liceat, an Aeoles Boeoti non magis cum Aeolibus Asianis conjuncti fuerint, quam qui hodie miro quodam casu Saxones vocantur cum antiquis Saxonibus. Nihilominus Thessalica dialecto in comparationem vocata, diversissima quae videntur, aliquo vinculo conjungere licet. Quamvis enim pauca de ea comperta habeamus, hoc tamen certum est, alia Thessalis cum Lesbiis, alia cum solis Boeotis communia esse. Ita cum Lesbiis liquidas duplicant,  $\bar{a}$  breve mutant in  $\bar{o}$ , cum Boeotis  $\bar{\tau}\tau$  habent pro  $\bar{\sigma}\sigma$ ,  $\bar{ei}$  pro  $\bar{\eta}$ ,  $\bar{ae}$  interdum pro  $\bar{ai}$ , ut

alia minus certa omittamus; peculiare sibi habent maxime  $\bar{\omega}$  in  $\bar{\omega}\nu$  mutatum. Thessalica igitur dialectus ita media est inter Lesbiacam et Boeoticam, ut communis Aeolicarum dialectorum origo et patria Thessalia inde appareat. Quanquam nolumus hoc ita accipi, quasi quae alteriutri dialecto cum Thessalica communia sunt, sine ulla dubitatione sint antiquissima, ex antiquis Thessaliae sedibus a colonis deducta; sed saepe indolem potius quandam antiquae dialecti Aeolicae agnoscimus, unde mutationes illae prodire potuerint, quae non omnes in omnibus dialectis Aeolicis, sed aliae in aliis invaluerunt. Ut exemplo sententiam nostram illustremus, non credimus, antiquos Aeoles in  $\alpha\nu\acute{\alpha}$  et aliis pro  $\bar{\alpha}$  pronuntiasse  $\bar{\omega}$ , idque a Boeotis postea in  $\bar{\alpha}$  mutatum esse, neque antiquissimum esse  $\bar{\epsilon}$  pro  $\bar{\eta}$ , ita ut Lesbii ab antiquo more recesserint, sed  $\bar{\alpha}$  et  $\bar{\eta}$  antiquitus ita esse pronuntiata, ut postea facile in  $\bar{\omega}$  et  $\bar{\epsilon}$  transire potuerint. Accuratus nunc in tantis antiquissimae Graecae linguae tenebris non licet disputare.

2) Nolumus nunc silentio omittere, quod jam antiqui 1) cognationem quandam agnoverunt inter dialectos Aeolum et Doriensium non minus quam inter Ionicam et Atticam. Qui quam recte judicaverint, nunc non possumus accuratus quaerere. — Neque magis nunc iudicium feremus de ea antiquorum opinione, quae cognationem quandam Aeolicae dialecti cum Latina lingua intercedere voluit 2). Singula Aeolica, quae Latinis similia

1) Strab. VIII. p. 513. τὴν μὲν Ἰάδα τῆ παλαιᾷ Ἀττικῇ τὴν αὐτὴν φάμεν — τὴν δὲ Δωριδα τῆ Ἀιολίδι. cf. XIV. p. 997. εἰ γὰρ — ὅτι τὸ παλαιὸν οἱ αὐτοὶ ἦσαν Ἴωνες καὶ Ἀθηναῖοι, λεγέσθωσαν καὶ οἱ Δωριεῖς καὶ οἱ Αἰολεῖς οἱ αὐτοί. — Eust. 8, 40. ἐν πολλοῖς ἐπικρινουνοῦσιν αἱ δύο αὐτὰ διαλέκτοι (Ionica et Attica). Ὅμοιον δὲ τε καὶ περὶ τῆς Αἰολίδος καὶ Δωριδος διαλέκτου λέγεται, ὡς καὶ αὐτῶν ὁμοιότητά τινα ἐχουσῶν.

2) Dionys. Hal. I. extr. Ῥωμαῖοι δὲ φωνὴν μὲν οὐτ' ἀκρὰν βάρβαρον οὐτ' ἀπηρησιμένως Ἑλλάδα φθέγγονται, μικτὴν δὲ τινα ἐξ ἀμφοῖν, ἧς ἐστὶν ἡ πλείων Αἰολίς. — Saepe Priscianus Romanos in

abentur, aut omnibus Aeolicis dialectis et simul Doriae communia sunt, ut digamma, saepe a Prisciano cum Latino v comparatum (vid. §. 5. not. 3. 10.) et longum  $\bar{\alpha}$  pro  $\bar{\eta}$  (vid. §. 13, 4 de  $\mu\bar{\alpha}\lambda\omicron\nu$ ); aut Asianis Aeolibus propria, ut accentus retractus (§. 3. not. 1.),  $\bar{v}$  pro  $\bar{o}$  (§. 2. not. 12. 13.),  $\bar{\eta}$  pro  $\bar{\epsilon}\bar{i}$  (§. 14. not. 3.), dualis absentia (§. 20. not. 1.) et  $\bar{\alpha}$  correptum in declinatione I. pro  $\bar{\alpha}$  (§. 20. not. 2.); aut Boeotica, ut  $\bar{o}\bar{v}$  pro  $\bar{v}$ , quod cum Latino vocalis sono confertur,  $\bar{i}$  pro  $\bar{\epsilon}\bar{i}$  (§. 40. not. 4.) et  $\bar{o}\bar{s}$  pro  $\bar{\omega}$  (§. 40, 8.).

## De dialectis Pseudaeolicis.

### §. 52.

#### De dialecto Eleorum.

1) Paucissima de Eleorum dialecto ab antiquis trahuntur, quibus addenda sunt nonnulla, quae de Eretrien- sium et aliorum Euboeae incolarum lingua referuntur, quia Eretrienses cum colonis Eleis nonnulla horum dialecto propria acceperant (vid. not. 3.), nisi forte ex ipsa dialecti similitudine quadam opinio de Eleorum colonia, ceterum non valde probabilis, nata est. Plurima de Eleorum lingua discimus ex antiquo Eleorum et Heraecensium Arcadum foedere C. I. nr. 11, quod, Boeckhio iudice, inter Ol. 40 et Ol. 60 exaratum antiquissimo scripturae genere utitur. Neque ejus dialectum Heraecensium, sed Eleorum esse, et inde probabile est, quod Olympiae lapis collocatus erat, et ex ipsa linguae ratione elucet, quae, quod Eleorum fuisse scimus,  $\bar{o}$  finale inter- lum mutat in  $\bar{\omega}$ . Quo in monumento insigni legendo quum a Boeckhio aliquoties nobis discedendum esset, in

multis, adeo in plerisque ait Aeoles sequutos esse. Maxime mirum est, quod Romani vel Itali adeo Aeolum coloni esse dicuntur, haud dubie propter solam linguae similitudinem. vid. §. 20. not. 1.2.

appendice nostram sententiam exponendam duximus. — Eleorum cantilena popularis apud Plutarch. Q. Gr. 36 (Schneidew. Del. p. 463) nihil fere non vulgare habet.

2) Spiritus asper in foedere nusquam scriptus legitur, neque tamen certum est inde, Eleos leni usos esse in  $\acute{\alpha}$ ,  $\acute{\eta}\rho\text{F}\acute{\alpha}\phi\acute{o}\iota\varsigma$ ,  $\acute{\epsilon}\kappa\alpha\tau\omicron\nu$ , quia asperi signum quanquam in antiquioribus inscriptionibus exarari solet, omittitur tamen in galea Hieronis C. I. nr. 16, uno ex antiquissimis monumentis ( $\text{HIAPON O ALEINOMENEOS}$ ), in articulo  $\acute{\delta}$ , dum scribitur in nomine  $\acute{\iota}\acute{\alpha}\rho\omega\nu$ . Certior lenis pro aspero est in  $\acute{\epsilon}\pi\iota\alpha\rho\omicron\varsigma$ , si recte id pro  $\acute{\epsilon}\phi\iota\epsilon\rho\omicron\varsigma$  esse putatur; sed  $\acute{\iota}\alpha\rho\acute{\delta}\varsigma$ ,  $\acute{\iota}\epsilon\rho\acute{\delta}\varsigma$  antiquitus apud Graecos aspero caruisse, vidimus §. 4, 6.

Digamma titulus habet in  $\text{F}\acute{\alpha}\rho\gamma\omicron\nu$  pro  $\acute{\epsilon}\rho\gamma\omicron\nu$ ,  $\text{F}\acute{\epsilon}\pi\omicron\varsigma$ ,  $\text{F}\acute{\epsilon}\tau\omicron\varsigma$ ,  $\text{F}\acute{\epsilon}\tau\alpha\varsigma$ , quas voces olim digamma instructas fuisse ex ipso Homero satis constat; deinde in nomine populi  $\text{F}\text{A}\lambda\acute{\eta}\iota\omicron\iota$  pro  $\acute{\eta}\lambda\acute{\epsilon}\iota\omicron\iota$ , ut etiam in nummis leguntur  $\text{F}\text{A}$ .,  $\text{F}\text{A}\text{A}\text{E}$ .,  $\text{F}\text{A}\text{A}\text{E}\text{I}\Omega\text{N}$  (*Mionn. Suppl. IV. p. 175*), et auctor gentis  $\text{B}\eta\lambda\acute{\epsilon}\upsilon\varsigma$  pro  $\acute{\eta}\lambda\acute{\epsilon}\upsilon\varsigma$  vocatur <sup>1)</sup>, non aliter  $\bar{\beta}$  pro  $F$  positò atque in  $\text{B}\alpha\delta\acute{\upsilon}$  pro  $\acute{\eta}\delta\acute{\upsilon}$  <sup>2)</sup>; deinde digamma reperitur ante  $\bar{\eta}$  in  $\text{F}\rho\acute{\alpha}\tau\tau\alpha$  et in  $\bar{\beta}$  mutatum in Hesychii glossa  $\beta\rho\alpha\tau\acute{\alpha}\nu\alpha\nu$ ,  $\tau\omicron\rho\acute{\upsilon}\nu\eta\nu$   $\acute{\eta}\lambda\acute{\epsilon}\iota\omicron\iota$ , cf.  $\rho\alpha\tau\acute{\alpha}\nu\alpha\nu$ ,  $\tau\omicron\rho\acute{\upsilon}\nu\alpha\nu$ , et corrupta  $\beta\rho\alpha\tau\acute{\alpha}\nu\epsilon\iota$ ,  $\rho\alpha\acute{\iota}\zeta\epsilon\iota$   $\acute{\alpha}\nu\omicron\delta$   $\nu\acute{\omicron}\sigma\omicron\nu$   $\acute{\eta}\lambda\acute{\epsilon}\iota\omicron\iota$ ; denique in media voce in  $\acute{\eta}\rho\text{F}\acute{\alpha}\phi\acute{o}\iota\varsigma$ . Excidit in  $\Delta\acute{\iota}$ , quod e  $\Delta\acute{\upsilon}$ ,  $\Delta\acute{\iota}\text{F}\acute{\iota}$  (C. I. nr. 29) contractum est.

3) Maxime notabilis est Eleorum et Eretriensium (unde etiam ad Chalcidenses propagatus videtur) mos <sup>3)</sup>

1) Et. M. 426, 12 e Leandro:  $\acute{\eta}\lambda\acute{\iota}\varsigma$   $\acute{\alpha}\nu\omicron$   $\tau\omicron\upsilon$   $\nu\acute{\iota}\omicron\upsilon$   $\text{P}\omicron\sigma\epsilon\iota\delta\acute{\omega}\nu\omicron\varsigma$   $\acute{\eta}\lambda\acute{\iota}\omega\varsigma$ . —  $\tau\omicron\nu$   $\delta\acute{\epsilon}$   $\acute{\eta}\lambda\acute{\epsilon}\alpha$   $\kappa\alpha\iota$   $\mu\epsilon\tau\acute{\alpha}$   $\tau\omicron\upsilon$   $\bar{\beta}$   $\text{B}\eta\lambda\acute{\epsilon}\alpha$   $\rho\rho\omicron\sigma\alpha\gamma\omicron\rho\epsilon\upsilon\epsilon\theta\alpha\iota$   $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}$   $\tau\omicron$   $\acute{\epsilon}\theta\omicron\varsigma$   $\tau\acute{\eta}\varsigma$   $\Delta\omega\rho\acute{\iota}\delta\omicron\varsigma$   $\delta\iota\alpha\lambda\acute{\epsilon}\kappa\tau\omicron\nu$   $\tau\omicron$   $\bar{\beta}$   $\rho\rho\omicron\sigma\gamma\rho\acute{\alpha}\phi\epsilon\sigma\theta\alpha\iota$   $\tau\alpha\acute{\iota}\varsigma$   $\acute{\alpha}\nu\omicron$   $\phi\omega\nu\acute{\eta}\nu\tau\omega\nu$   $\acute{\alpha}\rho\chi\omicron\mu\acute{\epsilon}\nu\alpha\iota\varsigma$   $\lambda\acute{\epsilon}\xi\epsilon\sigma\iota\nu$ .

2) Pausan. V, 3.  $\acute{\eta}\lambda\acute{\epsilon}\iota\omicron\iota$   $\acute{\upsilon}\pi\epsilon\rho\eta\theta\acute{\epsilon}\nu\tau\epsilon\varsigma$  —  $\acute{\alpha}\nu\tau\omicron$   $\tau\omicron$   $\chi\omega\rho\acute{\iota}\omega\iota$   $\text{B}\alpha\delta\acute{\upsilon}$   $\acute{\omicron}\nu\omicron\mu\acute{\alpha}\zeta\omicron\iota\sigma\iota$   $\kappa\alpha\iota$   $\nu\omicron\tau\alpha\mu\acute{\omicron}\nu$   $\tau\omicron\nu$   $\rho\acute{\epsilon}\omicron\nu\tau\alpha$   $\acute{\epsilon}\nu\tau\alpha\acute{\upsilon}\theta\alpha$   $\acute{\upsilon}\delta\omega\rho$   $\text{B}\alpha\delta\acute{\upsilon}$   $\acute{\epsilon}\pi\iota\chi\omega\rho\acute{\iota}\omega$   $\phi\omega\nu\acute{\eta}$ .

3) Strab. X. p. 686 de Eretria:  $\acute{\epsilon}\rho\omicron\iota\kappa\omicron\upsilon\varsigma$   $\delta'$   $\acute{\epsilon}\rho\gamma\omicron\nu$   $\acute{\alpha}\nu$   $\acute{\eta}\lambda\acute{\iota}\delta\omicron\varsigma$ ,  $\acute{\alpha}\nu$   $\acute{\omicron}\acute{\upsilon}$   $\kappa\alpha\iota$   $\tau\omicron\upsilon$   $\gamma\rho\acute{\alpha}\mu\mu\alpha\tau\iota$   $\tau\omicron\upsilon$   $\bar{\eta}$   $\mu\omicron\lambda\lambda\acute{\omega}$   $\chi\rho\eta\sigma\acute{\alpha}\mu\epsilon\nu\omicron\iota$   $\omicron\upsilon\kappa$   $\acute{\epsilon}\pi\acute{\iota}$   $\tau\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\iota$   $\mu\acute{\omicron}\nu\omicron\nu$



$\bar{\sigma}$  et in extremis vocibus et in mediis ante vocales in  $\bar{\rho}$  mutandi. Antiqui <sup>4)</sup> exempla Eliaca afferunt οὔτορ, ἵππορ, δικάρ, Eretriana σκληροτήρ, Πελαργός. — Eo accedit Apollinis apud Eleos cognomen Θέρμιος <sup>5)</sup> pro θέρμιος a θέρμα, quod, quum Hesychius dialecto non nominata explicet ἄθεια, ἐχειρία, Eleorum esse pro θέρμα rectissime vidit Müllerus Dor. I. p. 252. In foedere talia leguntur τοῖρ *F*Αληῖοις et αἱ δὲ τιρ τὰ pro τοῖς et τις; reliqua  $\bar{\sigma}$  finale servant, *F*Αληῖοις, τοῖς *H*ρφαῖοις, ἀλλάλοισ, *F*έπος, *F*έτας, et ante consonantes et ante vocales, ut nulla hujus mutationis sit constantia, nisi forte in articulo et similibus vocalis prius invaluit ante sequentes consonantes, postea latius regnare coepit. Ceterum haec mutatio Laconicae dialecto communis est.

τῶν ῥημάτων ἀλλὰ καὶ ἐν μέσῳ κικωμῶδηνται. — Eust. 279, 34. ἐκωμῶδουντο δὲ οἱ Ἐρετριεῖς ὡς πολλῶ τῶ  $\bar{\rho}$  ἐν ταῖς ὁμίλαις χρώμενοι· διὸ καὶ αὐτοὶ καὶ Ἕλειοὶ βαρβαρόφωνοι ἐκαλοῦντο, ὡς ἐν ῥητορικῶ εὔρηται λεξικῶ. cf. p. 492, 14. — (Hanc proprietatem ideo maxime spectare videntur, qui Eleorum linguam barbaram vocant, Hesych. s. v. βαρβαρόφωνοι· οἱ Ἕλειοὶ καὶ Κᾶρες ὡς τραχύφωνοι καὶ ἀσαφῆ τὴν φωνὴν ἔχοντες, et Eust. 304, 2. vid. §. 50 init.). — Hesych. s. v. Ἐρετριῶν ῥῶ· Ἐρετριεῖς τῶ  $\bar{\rho}$  κατακόρως χρώνται. cf. Diogenian. IV, 57. Apostol. IX, 5. — Suid. s. v. Χαλκιδίξειν — ἄλλοι δὲ ἐπὶ τοῦ ῥωτακίξειν, ἐπεὶ αὐτοὶ τε καὶ Ἐρετριεῖς δοκοῦσι τῶ  $\bar{\rho}$  κατακόρως χρῆσθαι καὶ ἀντὶ τοῦ  $\bar{\sigma}$  τιθέντες.

4) Herodian. ap. Eust. 114, 17. μαρτυρὴ ἢ εὐθεῖα ἦν, ἦν ἢ Αἰολίων διάλεκτος διὰ τοῦ  $\bar{\rho}$  προφέρει· ἐκεῖνοι γὰρ, φησὶ, τὸ  $\bar{\sigma}$  εἰς  $\bar{\rho}$  μεταβάλλουσι τὸ οὔτος οὔτορ λέγοντες καὶ τὸ ἵππος ἵππορ. At apud Eustathium mero sphalmate Αἰολίων scribi pro Ἕλείων, patet e Phavorino, qui bis in Ecl. 429, 20 et Lex. s. v. γενικῆ Eustathium exscribens Ἕλείων habet. — Hesych. δικάρ, τοὺς κρητὰς· Ἕλειοι. — Plat. Cratyl. p. 434, C. οἶσθα οὖν, ὅτι ἐπὶ τῶ αὐτῶ ἡμεῖς μὲν φαμεν σκληρότης, Ἐρετριεῖς δὲ σκληρότηρ. — Phryn. Ecl. p. 109 Lob. Πελαργός Ἐρετριακῶς Πελαργός.

5) Pausan. V, 15, 4. τὸν μὲν δὴ παρὰ Ἕλείοισι Θέρμιον (Ἀπόλων) καὶ αὐτῶ μοι παρίστατο εἰκάξειν, ὡς κατὰ Ἀτθίδα γλῶσσαν εἶη ἂν Θέρμιος, ut rectissime pro iterato Θέρμιον correxit Buttmannus.

Eretrienses etiam inter eos sunt, qui Laconico more  $\bar{o}$  inter vocales in spiritum asperum mutare referuntur, nec minus Oropii Eretriensium trans Euripum vicini <sup>6)</sup>. Quod quum facile suspicemur non alienum fuisse ab Eleorum dialecto, nullum nunc exemplum reperitur, unde certius quid appareat.

Etiam  $\bar{\theta}$  ab Eleis, ut a Laconibus in  $\bar{o}$  mutatum esse, interpretes ad Hesychium opinati sunt, qui glossam  $\beta\omicron\rho\sigma\acute{\omicron}\nu$ ,  $\sigma\tau\alpha\upsilon\rho\acute{\omicron}\nu$  Ἠλεῖοι pro  $\delta\omicron\rho\theta\acute{\omicron}\nu$  esse putarunt. Quod quum parum sit probabile, certius de mutatione illa apud Carystios constat ex Hesychii glossa  $\sigma\alpha\rho\mu\omicron\iota$ ,  $\theta\epsilon\rho\mu\omicron\iota$ ·  $\text{Κα\rho}\acute{\upsilon}\sigma\tau\iota\omicron\iota$ , quanquam calidius esset, si quis inde ad vicinos Eretrienses et cognatos his Eleos conjecturam facere vellet, quia Carystii ab origine sunt Dryopes. vid. Müll. Dor. I. p. 43.

Tenuis  $\bar{\tau}$  pro aspirata  $\bar{\theta}$  posita est in  $\acute{\epsilon}\nu\tau\alpha\upsilon\tau\alpha$  (si quidem recte ultima foederis verba leguntur  $\tau\acute{\omega}$  ἴταυτ' ἔγραμμένω) pro  $\acute{\epsilon}\nu\tau\alpha\upsilon\theta\alpha$  aut potius Ionico  $\acute{\epsilon}\nu\theta\alpha\upsilon\tau\alpha$ ; hoc enim rectius ex  $\acute{\epsilon}\nu\theta\alpha$  natum est, ut  $\tau\alpha\upsilon\tau\alpha$  e  $\tau\acute{\alpha}$ ,  $\tau\omicron\sigma\alpha\upsilon\tau\alpha$  e  $\tau\omicron\sigma\alpha$ . — Denique in Hesychii glossa  $\kappa\acute{\upsilon}\lambda\lambda\alpha\varsigma$ ,  $\sigma\kappa\acute{\upsilon}\lambda\alpha\zeta$ · Ἠλεῖοι primum  $\bar{o}$  abjectum est, ut in  $\sigma\kappa\iota\delta\eta\nu\alpha\mu\alpha\iota$ ,  $\kappa\iota\delta\eta\nu\alpha\mu\alpha\iota$  et aliis, deinde terminatio eandem mutationem experta est, quae conspicitur in Hesychii glossa  $\beta\acute{\alpha}\nu\eta\alpha\varsigma$ ,  $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\acute{\epsilon}\upsilon\varsigma$ ·  $\text{πα\rho\acute{\alpha}}$  Ἰταλιώταις, quippe quod sit pro  $\text{F}\acute{\alpha}\nu\alpha\zeta$ .

4) E vocalibus  $\bar{\alpha}$  est pro  $\bar{\epsilon}$ , primum in  $\kappa\alpha$  et  $\acute{\epsilon}\pi\iota\alpha\rho\omicron\varsigma$  pro  $\acute{\epsilon}\phi\iota\epsilon\rho\omicron\varsigma$ , ubi ne Dores quidem et Boeoti aliter, sed praeterea, ubi iidem  $\bar{\epsilon}$  vulgare tenent, in  $\text{F}\acute{\alpha}\rho\omicron\gamma\omicron\nu$  pro  $\acute{\epsilon}\rho\gamma\omicron\nu$ , quocum solum antiquum Atticae tribus nomen Ἀργαδεῖς comparare licet,  $\text{πα\rho}$  πολέμω, quod pro  $\text{πε\rho\acute{\iota}}$  πολέμου esse Hermanno monente Boeckhius intellexit Add. p. 878, et in optativis  $\text{συνεῖ\acute{\alpha}\nu}$ ,  $\acute{\alpha}\pi\omicron\tau\iota\nu\omicron\iota\alpha\nu$  pro  $\text{συνεῖ\epsilon\acute{\iota}\nu}$ ,

6) Et. M. 391, 15. ἔθος δὲ ἔχουσι Δωριέων τινές· ὡς γὰρ οἱ Ἀργεῖοι καὶ Δάκωνες καὶ Παμφύλοι καὶ Ἐρετριεῖς καὶ Ὠρωπίοι, ἔνδειαν τοῦ  $\bar{o}$  ποιῶντες, δασεῖαν χαράττουσι τοῖς ἐπιφασσομένοις φωνήσῳ, ὡς ἐπὶ τοῦ ποιῆσαι ποίηας (leg. ποιῆαι)· καὶ Βουσοῖα, Βουσοῖα, καὶ μονακὰ μωικά.

ἀποτίνοιεν; simile est Carystiorum σαρμοὶ pro θερμοὶ. vid. nr. 3. — Hinc Eliaca dialectus esse videtur in antiqua galeae prope Olympiam repertae inscriptione nr. 31 *Ῥοῖός μα ποιήσεν*, quum *μα* pro *με* in reliquis dialectis inauditum sit; rectius tamen fortasse legitur *μ' ἀπόησεν*, quum augmenti in *ᾱ* mutati aliquot exempla apud Hesychium sine dialecti nomine servata sint: *ἄδειρεν*, *ἔδειρεν* et *ἄβραχεν*, *ἤχησεν*. Longum *ᾱ* pro *ἦ* Elei non solum cum Doribus et Aeolibus commune habent in *Ἔτας*, *ἀλλάλοις*, *δᾶμος*, *Ἔλις*, *δᾶν* pro *δῆν* (Hes. *δᾶν*, *μακρῶς ἦ πολὺν χρόνον*. *Ἠλεῖοι*) et Pausaniae *βαδὺ* pro *ἦδὺ*, sed etiam in aliis, quae apud Dores et Lesbios *ἦ* tenent, in Boeotica dialecto in *ἔι* mutant, *μὰ* pro *μῆ*, *Ἐράτρα* pro *Ἐρήτρα*, optativo *εῖα* pro *εῖη*, quo fortasse etiam *δαλέομαι* pertinet. Eretrienses certe Ionico *ἦ* abstinuisse, prodit nomen *Χαρίδαμος* in nummo apud *Ἰκίονν. Suppl. IV. p. 364.* — Pro diphthongo *ᾱ* est *αι* Dorico et Aeolico more in particulis *αι* et *αιτε*; Boeoticae diphthongorum *αι*, *ῆι*, *οῖ* mutationes alienae sunt ab Eleis.

Recte sine controversia iudicatum est in genitivis declinationis secundae *ἀργυρο*, *πολεμο* finale *ο* antiquo more scriptum esse pro *ω*, quod Lesbiaca et Boeotica (vid. §. 17 et 43.) et Dorica dialecti ex *σο* contractum habent pro vulgari *ων*; nec magis *λατρευόμενον* cum Hermanno *λατρευόμενον* legi poterat, sed rectius si quid videmus *λατρηϊώμενον* profertur. Crasin agnovimus in *εντεπιαροι* i. e. *ἐν τῆπιάρῳ* pro *ἐν τῆ ἐπιάρῳ*, ita ut *ᾱ* et *ῆ* Dorico more in *ἦ* coaluerint, *ι* secundum vulgarem usum ejecto. Idem retinetur in *τοιταντ* i. e. *τῶ νταῦτ* pro *τῆ ἐνταῦθα*, quae potius aphaeresis est quam crasis.

In optativis *εἶα* et *συνέαν* ex antiqua scripturae ratione *ῆ* pro *ἦ* positum videtur, non Lesbiorum more *ι* diphthongi omissum; nam quod in gentili *Ἠραῖοις* *ι* ejectum est, frequentem omnium Graecorum usum, non minus in alia ejus gentilis forma *Ἠραιῶς* apud Stephanum conspicuum, sequitur. vid. Lobeck. *Parall. p. 27.* — Antiquam diacresin agnovimus in *Ἐλεῖοις*, *λατρευόμενον*,

quae *Ἰαλιῶν* et *λατρηϊώμενον* proferenda esse iudicavimus, et quod diphthongus *αι* ex antiqua tituli scriptura per *ε* proferri videtur et quod dialecti antiquiorum tenaces in similibus diaeresin tuentur; nam gentile *Ἰαλιῶν*, quod quomodo a terrae nomine *Ἰαλις* derivari posset, antiqui dubii haerebant (vid. Steph. Byz.), ab eponymi herois nomine *Ἰαλῆς* descendere videtur, ut *βασιλειος* a *βασιλεὺς*; deinde *λατρεῖον*, unde *λατρεῖω* (utraque vox alias non obvia), non aliter nascitur e *λατρεὺς* aut, sicuti *μαντεῖον*, *πρυτανεῖον* a *μάντις*, *πρύτανις*, ab usitatior forma *λάτρις*. Igitur *Ἰαλιῶν*, *λατρηϊώμενος* eodem jure antiquiora habenda sunt, quo *βασιλῆϊος*, *μαντήϊον*, *πρυτανήϊον*.

4) In declinatione notabilis est nominativi forma *τέλιστα* pro *τέλεστης*, quam grammatici Aeolibus, Boeotis, Thessalis, Dryopibus, Macedonibus tribuunt. vid. §. 20, 2.; plenior tamen forma servata est in *Ἰαλιῶν*. — Dativus pluralis declinationis secundae breviori terminatione utitur *τοῖσιν Ἰαλιῶν* etc. — In declinatione tertia non contrahuntur *Ἰαλιῶν*, *γράφειν*.

In conjugatione *καδδαλήμενος* Lesbiorum et Boeotiorum more conjugationem in *μι* sequitur; contra in *καδδαλείουτο* vulgaris terminatio conspicitur. Singulare est *ἐγραμμένος* pro *γεγραμμένος*.

Praepositiones apocopen patiuntur in *καδδαλέομαι* et *παρ πολέμω* pro *περὶ*; adeo novus apocopae usus apparet in *τά τ' ἄλλ* pro *ἄλλα*, nisi forte recte Hermannus suspicatus est, lapicidae culpa *α* excidisse.

Jam apparet Eleorum dialectum non temere Atticis semibarbaram visam esse; tantum a vulgari Graecitate abhorret, quanquam nihil e peregrinis linguis intermixtum est. Quibus differt a dialectis Attica et Ionica, ea partim cum antiquioribus et Doribus et Aeolibus communia habet, ut digamma, *α* pro *η*, diaeresin, praepositionum apocopen (cum Doribus et Boeotis *α* pro *ε* in nonnullis), alia cum solis Aeolibus, ut nominativum in *α* pro *ης*, verba contracta conjugationem in *μι* sequentia, alia cum La-

conibus, ut  $\bar{o}$  in  $\bar{\rho}$  mutatum et fortasse spiritum asperum pro sigma; alia denique propria sibi habet, maxime  $\bar{a}$  pro  $\bar{\epsilon}$  et  $\bar{\eta}$  in multis. Igitur ne ipsa quidem dialectus Strabonis Acolicam eam vocantis auctoritatem confirmat. Propius enim accedit ad Doricam et Laconicam maxime dialectum, ita tamen ut optimo jure peculiaris dialectus, non Doricae varietas quaedam habeatur.

## §. 53.

**De dialecto Arcadica.**

De Arcadum dialecto grammatici paucissima tradunt, pauca cognoscuntur e titulis Tegeaticis, quae aliqua certe ex antiqua proprietate servarunt. Sunt vero hi: in Corp. Inscr. nr. 1513, quæ titulum corruptissimum Boeckhius e variis frustulis consuit; initium tamen v. 1—4 a solo Corsinio traditum non videtur nisi casu cum sequentibus junctum esse, extrema pars postea emendatius exhibita est a Leakio *Morea* nr. 1; deinde C. I. nr. 1514, pauca verba continentes, et pauciora etiam antiquiores tituli nr. 1512 et 1520, apud Leakium *Mor.* nr. 52 et apud Rossium in Inscriptionum Graecarum Fasc. I. nr. 7. E reliquis inscriptionibus Tegeaticis nr. 1511 foederis Peloponnesiaci auctoritate exarata purum Dorismum refert, nec minus aliae recentiores, maxime Ross. nr. 1 et quam idem edidit in Ephemeredibus Halensibus (*Intelligenzblatt* 1838 nr. 40); Megalopolitanæ non differunt fere a vulgari Dorismo; nam quod in nr. 1539 tenuem pro aspirata habent *προκάτισε* et *Πύτιον*, quam Arcadicae dialecti proprietatem judicavit Boeckhius, Fourmontio, ejus e schedis omnis ejus tituli cognitio manavit, non magnam fidem habeo, praesertim quum aspirata ibidem conspiciatur in *μηθείς*, *ἀφ' ἐσπέρας* et *ν(εμό)μεθα*, quanquam hic Muellerae apographum aequè *-μετα* praebet.

E certioribus fontibus haec de Arcadica dialecto comperta habemus:

Spiritus asper scriptus reperitur in Rossii antiquiore

titulo nr. 7 in Ἐρμείας, Ἡρακλήης; adeo pro  $\sigma$  in media voce ἐποίηέ apud Leakium nr. 52 i. e. ἐποίησε. vid. infr. — Digamma apparet in antiquiore frustulo nr. 1520, ubi *Φασστινοχο* ab ἄστν; contra in nr. 1513, 14. 19 neglecto digamma legitur μέτοικοι, pro eo, quod est in antiquis titulis Argivis nr. 14. 19, πεδάφοικοι.

Sigma Doriensium nonnullorum et aliorum more (vid. §. 52. not. 6) omissum esse aut potius in spiritum asperum transisse, inde colligere licet, quod Teleclides, scriptor Atticus, Eutresii, oppidi Arcadici incolas, *Εὐτρηίους* vocavit<sup>1)</sup>, ipsorum haud dubie usum sequutus. Accedit Leakii titulus antiquus nr. 52, in quo ἐποιεέ i. e. ἐποίησε asperum pro sigma habet. Servatur tamen  $\sigma$  in reliquis titulis, nr. 1512 Σωσίας, 1513 Δαμέσας, Νικασίας, 1514 Σωσικλής. — Non mutantur  $\sigma$  finale neque  $\bar{\sigma}$ , de quo monere voluimus, si quis forte Laconicae et Eliacae dialectorum proprietates eas Arcadicae communes fuisse suspicetur. — Pro  $\bar{\beta}$  testibus grammaticis<sup>2)</sup> Arcades  $\bar{\xi}$  proferebant in ἐπιζαρέω et ζέρεθρον i. e. ἐπιβαρέω et βάραθρον; illo etiam Euripides usus est Phoen. 45, hoc Macedonicum dicitur ab Eustathio p. 695, 34 et 1715, 38. Inde Porsonus ad Eur. l. l. Arcadicum esse suspicatus est ζέλλω pro βάλλω, quod dialecto non nominata traditur ab Hesychio s. v. ζέλλειν, βάλλειν et ἔζειεν, ἔβαλεν et Et. M. 408, 42 ζέλλω τὸ βάλλω, ὅθεν ζέλλειν τὸ βάλλειν. — Pro κλήρος Arcades dixerunt κρᾶρος, ut apparet e nomine tribus Κραριῶται nr. 1514, quam Pausan. VIII, 53, 3 Κλαρεῶτις vocat. Comparandi sunt antiquorum Atheniensium ναύκραροι.

1) Hesych. Εὐτρηίους τοὺς ἀπὸ Εὐτρης (leg. Εὐτρησίον) πόλιος τῆς Ἀρκადίας. Δωρικῶς δὲ εἶρηκε Τηλεκλειδης· θέλει γὰρ εἰπεῖν Εὐτρησίους.

2) Eust. 909, 27. τὸ ἐπέβρισαν, ὡς φασιν οἱ παλαιοὶ, ἐπεζάρησαν οἱ Ἀρκάδες φασίν· ὅθεν καὶ παρ' Εὐριπίδη τὸ ἐπεζάρει Σφίγξ· εἰ δὲ καὶ ζέρεθρον τὸ βάραθρον οἱ αὐτοὶ φασιν, οὐ πᾶν δῆλον, εἰ μὴ ἔη τῶς που εὐρεθείη παρασημανθὲν ὑπὸ τινος γλωσσογράφου. Strab. VIII. p. 389 Cas. τῶν βαράθρων, ἃ καλοῦσιν οἱ Ἀρκάδες ζέρεθρα.

E vocalibus vulgare  $\bar{\epsilon}$ , non Doricum et Boeoticum  $\bar{\alpha}$ , est in *ιερός* nr. 1513 pro *ιερύς*; adeo praefertur  $\bar{\epsilon}$  in *ξέρεθρον* pro *βάραθρον* et *ξέλλω* pro *βάλλω*, si hoc recte Arcadicum judicatur, et fortasse *Τιμοκρέτης* 1513, 27, quanquam *Δεξικράτης*, *Σωσικράτης* sunt l. 13. 26. Contra  $\bar{\alpha}$  pro vulgari et Dorico  $\bar{\epsilon}$  est in Hesychii glossa Arcadica *θύρδα*, *ἔξω* i. e. *θύραζε*. Correptum  $\bar{\alpha}$  praeterea in  $\bar{o}$  mutatur in *έκοτόνβοια* pro *έκατόμβοια*, quod legitur in titulo nr. 1513, a, ubi praeterea nihil non est vulgare; ipsum *έκατόμβοια* traditur in nr. 1513, b, quod ejusdem inscriptionis aliud apographum esse videtur. — Longum  $\bar{\alpha}$  pro vulgari  $\bar{\eta}$  reperitur, ubi est apud Dores, *Δαμοκλής* 1512. 1513, *Ἀριστείδας*, *Ἀθαναία*, *Κραριώται* 1513 etc. — Mirum est *Ποσοιδᾶν* apud Ross. nr. 7, quocum si comparare velis Aeolicum *ᾠνοίρος* (§. 15, 5), ipsi tamen Lesbii *Ποσειδαν* dixerunt. — Ceterum  $\bar{\eta}$  et  $\bar{\alpha}$  non patiuntur Boeoticas mutationes.

In genitivo declinationis secundae singulari contractionis genere antiqua terminatio  $\bar{\alpha}\bar{o}$  transit in  $\bar{\alpha}\bar{v}$ , *Ἀπολλωνίδαν* nr. 1513, 52 et 1514, *Ἐαν* et *Εὐμηλίδαν* 1513, 16. 50; nam in *Φιλλία* 1514 in fine  $\bar{v}$  addendum videtur. Eadem contractionis ratio quum apud Boeotos in *Σάυμειλος*, *Σανκράτειος* reperiatur (vid. §. 43), in Tegeatico titulo 1512 legitur *Σωσίας*, non *Σανσίας*, ut incertiora alia omittamus. Dorica contractionis ratio valet in *Ποσοιδᾶν* Ross. nr. 7, et *Περίλας* Leake nr. 1, si verius hoc est, quam *Περίλαος*, quod Boeckhiius edidit nr. 1513, 32. — In genitivo declinationis secundae Arcades cum Lesbiiis, Boeotis, Doriensium parte terminationem  $\bar{\omega}$  habent, *Οὐτίω* 1513, 8, *Μόσχω* 1514, deinde apud Leakeium nr. 1 *Σίμω*, cum quo consentit Gellii apographum, cui Boeckhiius Pouquevillii *Σίμων* . . . praetulit 1513, 32, *Πραξιδάμω* (B. 1513, 45 *Πραξιδλκτω*), *Γόργω* (B. 1513, 54 *Γόργω*). — In declinatione tertia notabilis est nominativus *ιερός* pro *ιερύς* 1513, 6. 27. 30, quam formam Doricae dialecto adscribit Priscian. VI. p. 283 ex Herodiano. Nomina propria in  $\bar{\mu}\bar{\lambda}\bar{\eta}\bar{s}$  semper contracta legun-

tur, ut *Ἡρακλῆς* Ross. nr. 7, *Δαμοκλῆς* nr. 1512 etc.; in obliquis casibus voces in  $\bar{\eta}\varsigma$  non contrahuntur, ut *Ξενοφάνεος*, *Τιμοκλέος* 1513 etc.

Quantum igitur iudicare licet, Arcadica dialectus alia habebat cum Doribus et Aeolibus communia, ut digamma,  $\bar{a}$  pro  $\bar{\eta}$ ,  $\bar{\omega}$  pro  $\bar{o}\bar{v}$ , alia severiori Dorismo fere propria, maxime asperum pro sigma et terminationem  $\bar{\eta}\varsigma$  pro  $\bar{\epsilon}\nu\epsilon\iota$ , alia paene peculiaria, ut  $\bar{a}\bar{v}$  in genitivis declinationis primae. Nihil reperitur, unde arctior cum Aeolicis dialectis cognatio appareat et Straboni Arcades Aeolice loquutos esse affirmanti aliqua fides accedat.

### §. 54.

#### De reliquis dialectis Pseudaelicis.

1) De Achaeorum dialecto nihil fere certi comperimus. Praeter paucas grammaticorum, maxime Hesychii, glossas, unde nihil de linguae indole apparet, unica fere inscriptio C. I. nr. 1542 superest, quae non tota vulgari lingua utitur, sed nonnulla plane Dorica praebet, *εἶμεν, δόμεν, δαμιοργῶν*. Et Achaeos  $\bar{a}$  Doricum pro vulgari  $\bar{\eta}$  habuisse et magistratus *δαμιοργῶν* nomen etiam aliunde notum (vid. Bocckh ad nr. 4 et 1542) indicat et *ἀρετᾶς* in titulo Patrensi 1544. Unde, quae in nr. 1542 Atticae reperiuntur *εἰρήνης καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν* etc., ab antiqua Achaeorum dialecto aliena esse, confidenter contendere licet. Achacis propria est correptio in *δαμιοργός*, de qua constat e nr. 1542. 1543. 1567, dum scriptores Dorica forma *δαμιουργοὶ* aut *δημιουργοὶ* utuntur. Ceterum Achaeos Dorice loquutos esse, confirmat Strabonis testimonium (§. 1 not. 1); utrum Doricam linguam, invalescente Doriensium per Peloponnesum auctoritate paulatim adoptaverint, quae est Strabonis opinio, an antiquitus dialecto simili usi sint, non liquet.

2) Aliquanto melius constat de lingua Locrorum, Phocensium, Aetolorum, Acarnanum, quorum inscriptiones haud paucas habemus, nondum vulgari lingua usas.



EO pertinent inscriptiones Locricae C. I. 1751. 1752 valde corruptae, praeterea 1567. 1594. 1607, quas Boeckhius <sup>1)</sup> non recte Chaliae, oppido Boeotico dedit, quum potius Chalaeo, Locrico oppido, originem debeant; Delphicae 1688. 1690—1694. 1699—1710 et apud Rossium nr. 67 et 71; aliae Phocicae 1724, b et 1725 corruptissimae et apud Rossium 73. 74. 75. 81. 82. 85; Aetolicae 1756. 1757. 2350. 2351. 3046; Acarnanica 1793; postremo Thaumacenses 1771—1773, quae non Thessalica dialecto, sed eodem linguae genere utuntur, quod in vicinorum Aetolorum et Locrorum inscriptionibus observatur. — Ceterum plerique ex illis titulis tertio aut secundo ante Chr. saeculo scripti sunt; antiquiores sunt soli Delphici 1688, qui Ol. 100, 1 exaratus est, et 1690.

3) In omnibus his titulis dialectus non multum discrepat a vulgato Dorismi genere, quod diphthongos  $\bar{e}i$  et  $\bar{o}\bar{u}$  nunquam mutat in  $\bar{\eta}$  et  $\bar{\omega}$ . Recorditiora quaedam, neque tamen minus Dorica, reperiuntur in antiquioribus Delphicis 1688. 1690. Sed praeter Dorica, quae nunc praeterire satius est, nonnulla his inscriptionibus insunt,

---

1) Tres illi tituli, exarati in eodem lapide ad Asopum in Boeotia reperto, originem debent oppido cuidam *Xalciw*, quod in ultimo nominatur. Id Boeckhius non diversum esse iudicavit a Boeotico oppido ad Euripum sito, quod apud unum Stephanum e Theopompo commemoratum *Xallia* audit. At praeterquam quod nominis discrepantia major est et quod Chalia ea aetate, siquidem superstes erat, vix autonomiam, quam titulorum ratio prodit, servasse putanda est, maxime Boeckhio adversatur dialectus Dorica in titulis Boeoticis inaudita. Potius Locrorum Ozolarum oppidum *Xáλαιον* (de quo vid. Steph. Byz. et intt.), intelligi jubent, praeter dialectum et nominis formam levius mutatam, civis Aegiensis, cui proxeniā Chaliensium datur in nr. 1567, et homo Amphissae habitans, in nr. 1607 Apollini *νασιώτα*, cuius templum Chalii fuisse videtur, mancipium vendens; nam Chalaecensibus frequens cum Amphissa et Aegio commercium fuisse, non mirum est oppidi situm reputanti. Quomodo factum sit, ut lapis ad Asopum, haud multo remotiorem a Chalaeo quam a Chalia, deferretur, nescimus.

quae potius cum Aeolicis dialectis cognationem quandam produnt. Sunt vero haec:

In titulo Delphico 1693, qui circa a. 270 a. Chr. exaratus est, declinationis tertiae dativi pluralis mira quaedam forma bis legitur, *ἀγώνοις* l. 3 et *ἐντυγχανόντοις* l. 7; hoc enim nullo jure a Boeckhio in *ἐντυγχανόντεσσι* mutari, Rossius e suo titulo nr. 67, qui quum non multum ab illo discrepet, easdem formas *ἀγώνοις* et *ἐντυγχανόντοις* l. 13. 25 offert, rectissime docuit. Eandem dativi rationem Aetolis vicinis in usu fuisse, ab Aristophane grammatico <sup>2)</sup> traditum erat, ex Aetolorum ad Milesios epistola *γερόντοις* et *παθημάτοις* pro *γέρουσι* et *παθήμασι* afferente. Praeterea non diversum est Boeoticum *ἡγυς* 1569, a. III. pro *αἴγοις*, *αἴξι*, nec fortasse *ὄσσοις* apud Sapph. 28 et *ὄσσοισι* apud Hesiod. Sc. 426. Quod Aristophanes haec ita nata esse dicit, ut genitivus in nominativum abierit, inde noli Aetolis et reliquis novas formas *γέροντος*, *γερόντου*, *γερόντω* etc. obtrudere (cf. §. 22, 1); sed dativi pluralis haec rarior forma, in septentrionali maxime mediae Graeciae parte usitata, potius contractione quadam ex antiquiore *γερόντεσσι* ita nata videtur, ut apud Latinos quis e quibus, poëmatis e poëmatibus.

Praepositionis *ἐν* cum accusativo conjunctae usus, a grammaticis <sup>3)</sup>, qui exempla afferunt *ἐν χόρον*, *ἐν τὰν ἀγο-*

2) Eust. 279, 38. εἰ δὲ διὰ τὴν τοῦ ἔ χρησιν μόνην ἐκληροῦντο οἱ Ἑρετριεῖς τὸ βαρβαρόφωνον, τίνες ἂν καλοῖντο οἱ Αἰτωλοὶ ἀλλόκοτα λαλοῦντες· ὡς ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης παρέπηξεν οἷς ἔφη περὶ καινοτέρων λέξεων· τὴν γὰρ γέρον γέροντος γενικὴν ἀναγαγόντες εἰς εὐθείαν γράφουσιν οὕτω· Μιλαίοις καὶ ταῖς συναρχαῖς καὶ τοῖς γερόντοις· τούτεστιν ἐπιστέλλομεν οἱ Αἰτωλοὶ τοῖς Μιλησίοις καὶ τὰ ἔξης· τὸ δ' αὐτὸ, φησὶ, φαίνεσθαι καὶ ἐπὶ τοῦ παθημάτος, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ μὴ καταγελάτε τοῖς ἐμοῖς παθημάτοις (unde haec?).

3) J. Gr. 243, b, Greg. C. 355, Meerm. 658; vulgo opinantur, apud hos grammaticos omnia inde a verbis *Χρηῖτες τὰ διαπαντός αἰῆς* Cretica esse, quum accuratius inquirenti pateat post unicum illam Creticam glossam reliqua ad Dores in universum referri. — Eust.

ρὰν, Doricus vocatur. At Doriensibus illum morem non alia de causa adscribi, quam quod Pindaro, cujus dialectum Doricam putabant, proprius est, et Eustathius prodit et prius reliquorum exemplum, quod est Pindaricum e Dith. fr. 3. Eodem alii utuntur, qui ἐν cum accusativo et Boeotis et Pindaro tribuunt. vid. §. 47, 2. Nunquam hic usus in puri Dorismi fontibus observatur; praeter Pindarum (vid. praeterea Pyth. II, 11. 86, V, 36) et Boeotos non reperiuntur nisi haec exempla: in titulo Delphico 1688, 15 ἐν δύνασιν et l. 49 ἔντε pro ἔστε, quod est ex ἐζότε natum; in Hyampolitano apud Rossium nr. 85 ἐν αὐτοῦς; in Aetolorum decretis 2350, 6 τὰ ἐν Αἰτωλίαν καταγόμενα, l. 9 πρεσβεύσαντας ἐν Κέω; nr. 3046, 18 ἐν τοῦς νόμους, quod ex Hesseli meliore apographo restituendum est pro εἰς τοῦς νόμους, quod Boeckhiius Chishullo nullius fidei homini acceptum debet <sup>4)</sup>; postremo in Thaumacensibus 1771. 1772 pro ἐπὶ τὸν ἅπαντα χρόνον, quod Boeckhiius e Dodwello recepit, Leakius, insignis vir fidei, ἐν τὸν ἄ. χ. tradit, quod quum praefere non dubitemus, adeo in nr. 1773, qui a solo Dodwello traditur, idem e conjectura restituendum esse iudicamus.

Alia ejus generis sunt: παρέχοισαν in titulo Delphico 1702 pro παρέχοιεν, quum longior haec terminatio Boeotis tribui soleat, vid. §. 46, 2 <sup>5)</sup>; ἀνατεθέκαντι et ἀνατεθε-

---

1839, 3. ἔθος Δωριεῦσιν, ὡς καὶ ἐν τοῖς τοῦ Πινδάρου φαίνεται, συντάσσειν ἔστιν ὅτε τὴν ἐν πρόθεσιν μετὰ αἰτιατικῆς.

4) Boeckhiius hoc praetulit, quod l. 16. εἰς τοῦς νόμους sine varia lectione extat; neque tamen est, cur in titulo Tei a Tejo haud dubie inciso talem dialecti inconstantiam miremur.

5) Eandem terminationem, hellenisticae linguae frequentatam, Heraclide ap. Eust. 1759, 36 teste οἱ τῆ Ἀσιάνη φωνῆ et οἱ Ἕλληνίζοντες ἐν Κιλικίᾳ utebantur, secundum Ann. Bekk. 91, 14 Ἀλεξανδρεῖς, contra secundum Aristophanem ap. Eust. 1761, 30 Chalcidenses, quem quum alii sequuti sint (vid. Maittair. ed. Sturz p. 299) apud Tzetz. ad Lyc. 21 recte Maittairius ἐσχάζουσαν Χαλκιδικὸν pro Χαλδαϊκὸν legi jubet, nec minus corruptum est Καλχηθονέων apud Choerob. Bekk. 1294 e Χαλκιδιέων. Temere Phavor. in Lex. s. v. ἐφύγουσαν Doricum vocare videtur.

μένος in Phocico apud Rossium nr. 81, cui comparandum est Boeoticum ἀποδεδοάνθη 1569, a. III; Aeolicus accusativus Δαμών ibidem; praepositionis περί elisio in πέροδος in Delphico 1688, 18, quanquam ibidem I. 18 est περιῖεν, quum voculae elisio et apocope Aeolicae sint, vid. §. 28, 2, praeterea apud Pindarum reperiantur, ut περόδοις Nem. XI, 40, et in foedere Eleorum παρ πολέμω pro περί πολέμου.

4) Jam intelligitur, dialecto in hac mediac Graeciae parte viginti aliquam esse cum Aeolicis dialectis, maxime Boeotica, cognationem, neque tamen eam, ut a Dorica, quacum multo plura communia habet, disjungi possit. At dubitaverit aliquis, an Dorica lingua non antiquitus his populis in usu fuerit, sed eodem modo sit adoptata et paucis antiqui Aeolismi reliquiis temperata, quo in Arcadicae locum successerit. Cui quanquam concedimus, Corinthiorum coloniis aliquam vim tribui posse in Acarnanum linguam, antiquae Creticae in Delphicam, Trachiniae et Messeniorum Naupactiae in vicinorum linguam, non erat tamen unquam ea Doriensium apud reliquos Aetolos, Phocenses, Locros auctoritas, ut ea dialecti mutatio fieri potuerit, quam inscriptiones produnt. Itaque Straboni, illos populos Aeolicos eorumque dialectos Aeolicas vocanti, minus credimus, quam iis, qui Aetolos Doribus adnumerant, Crisaeorum linguam dialecto Doricae. vid. §. 1. not. 5. 6.

# **A p p e n d i x.**

---



## Alcaei fragmenta.

\*1. (20)

᾽Ω ᾽ναξ ᾽ Απολλον, παῖ μεγάλω Δίος.

2. (22)

Χαῖρε Κυλλάνας ὁ μέδεις, σέ γάρ μοι.

3. (54)

᾽Ω ᾽νασσ ᾽ Αθανάα πολε(μήθοκος),  
 ἄ ποι Κορωνείας ἐπὶ λαῖω  
 ναύω πάροιθεν ἀμφιβαίνεις)  
 Κωραλίω ποτάμω παρ ᾽ ὄχθαις.

4. (25)

᾽ Αεισον ἄμμι  
 τὰν ἰόκολπον.

5. (24)

Δεινότατον θείων  
 ἐγέννατ ᾽ εὐπέδιλλος ᾽ Ἴρις  
 χρυσοκόμα Ζεφύρω μίγρισα.

3) ἄσσ ᾽ Αθᾶνα ἀπολε . . . ἀπὸ Κ. ἐπιδίων αὐω. Recepi-  
 mus Welckeri supplementa et emendationes, nisi quod ὦ ᾽νασσ malui-  
 mus quam ἄνασσ propter ὦ ᾽ναξ fr. 1 et propter antecedens apud  
 Strabonem λέγων, unde facilius syllaba ων excidere poterat, deinde  
 ποι quam πον vid. §. 29, 3; Schn. e Κοιρωνίας in cod. Par. finxit  
 Κορωνίας, quod esset Boeoticum.

5) γείνατο. — εὐπέδιλος, vid. §. 8, 8. — μίγρισα.

## 6. (71)

ῥωστε θεῶν μηδέν Ὀλυμπίων  
 λῦσαι ἄτερ Γέθεν.

## 7. (1)

Μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χάλκοι· παῖσα δ' Ἄρη κεκόσμη-  
 ται στέγα

λάμπραισιν κυνίασι, κατῶν λεῦκοι καθίπερθεν ἵππιοι λόφοι  
 νεύουσιν, κεφάλαισιν ἄνδρων ἀγάλματα· χάλκισαι δὲ πασσάλοις  
 κρύπτουσιν περικείμεναι λάμπραι κνάμιδες, ἄρκος ἰσχύρω  
 βέλευς,

θώρακές τε νέω λίνω, κώϊλαι τε κατ' ἄσπιδες βεβλήμεναι·  
 παρ δὲ Χαλκίδικαι σπάθαι, παρ δὲ ζώματα πόλλα καὶ  
 κυπάσσιδες,

τῶν οὐκ ἔστι λάθεσθ', ἐπειδὴ πρώτισθ' ὑπὰ Γέγονον ἔσταμεν  
 τόδε.

## 8. (46)

Βλήχρων ἀνέμων ἀχείμαντοι πνόαι.

## \*9. (52)

Γαίας καὶ νεφόντοξ ὠράνω μέσοι.

## 10. (2)

Ἄσυνέτην καὶ τῶν ἀνέμων στάσιν·  
 τὸ μὲν γὰρ ἐνθεν κῦμα κυλίνδεται,  
 τὸ δ' ἐνθεν ἄμμες δ' ὄν τὸ μέσσον  
 νᾶϊ φορήμεθα σὺν μελαίνῃ

6) λυσατερ γεθεν.

7) παῖσα, vid. §. 10, 3. — στέγη; 2. καθίπερθεν, vid. §. 12, 6; 3. νεύουσιν; 5. νέω λίνω. — κώϊλαι, Schn. cum Seidlerō πόϊλαι, vid. §. 18, 2; 6. ζώματα, vid. §. 8, 10. — κυπάσσιδες, Schn. cum Mehlhornio κυπατιδες, vid. §. 9, 2; 7. Schn. πρώτισθ', vid. §. 4, 5. — ἐπό, vid. §. 12, 2. — ἔργον.

10) Schneidewinus e Cocondrio corruptum συνήμη recepit, cum Lobeckio quoddam hujus verbi inclinamentum olim scriptum fuisse opinatus; nos e Heraclidis libris restituimus ἀσυνέτην καὶ, quem non intellexerant esse infinitivum Aeolici verbi ἀσυνέτημη (de quo



χειμωνι μόχθεντες μεγάλοι μάλα·  
 περ μὲν γὰρ ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει,  
 λαΐφος δὲ πᾶν ζάδηλον ἦδη  
 καὶ λάκιδες μέγαλαι κατ' αὐτο.

## 11. (3)

Τὸ δηῦτε κῦμα τῶν προτέρων νέον  
 στοίχει, παρεῖξει δ' ἄμμι πόνον πόλυν  
 ἄντην ἐπεὶ κε νᾶος ἐμβαί-  
 νη — — —

## 12. (4)

Νῦν χρὴ μεθύσθην, καὶ τινα πρὸς βίαν  
 πᾶνην, ἐπειδὴ κάτθανε Μύρσιλος.

## 13. (7)

Μέλαγχρος αἴδως ἄξιος εἰς πόλιν.

## 14. (10)

Λόφον τε σείων Κάρικον.

vide Theodosium testantem §. 26 not. 1), hoc sensu: (vides) etiam ventorum seditionem insanire, cf. Mus. Rhen. et de producto σὺν §. 8, 7; 3. ἄν, vid. §. 12, 2; μοχθεῦντες, vid. §. 26, 10; 6. παρ, quod retinet Schneidewinus, vid. §. 28, 2; πᾶν, vid. §. 21, 8.

11) τὸ δὲ εὖγε — νεομοστιχει, Schn. cum Seidlero τῶν προτέρων ὄμω στίχει, ubi neque ὄμω pro locativo ὄμω (vid. §. 29, 3) Lesbiacum est, nec στίχει pro στείχει. Nos Hermanni emendationem in D. M. p. 688 sequuti, nisi quod pro ὄμοστιχει, quod versuum rationem minus aptam postulat, dedimus στοίχει i. e. στοιχει, nova unda priorem deinceps sequitur. cf. Mus. Rhen. — πόνων πολλήν; 3. καὶ. — ἐμβαίνει, Schn. cum Seidlero ἐμβᾶ, quod non minus ἐμβῆ esse debebat, quam ἐπιβῆ Doricum est in tabulis Heracleensibus. De versuum Alcaicae strophae tertiæ et quarti conjunctione, quam ἐμβαίνη i. e. ἐμβαίνη (§. 24, 6) scribendo effecimus, cf. fr. 24.

12) μεθύσκην. — πονεῖν, vulgo e Stephani conjectura πίνειν, vid. §. 25, 1 et Mus. Rhen.

## 15. (12)

ἰσχυρὸς γὰρ πόλιος πύργος Ἀρηΐου.

## 17. (14)

Ῥωηρ οὗτος ὁ μαιόμενος τὸ μέγα κρέτος  
ἀντρέψει τάχα τὰν πόλιν, ἃ δ' ἔχεται ῥόπας.

## 18.

Οὐδέπω Ποσειδαν  
ἄλμυρον ἐστυφέλιξε πόντον.

## \* 19.

Ἐπταζον ὡς ὄρνιθες ὠκυν  
αἶετον ἑξαπίνας φάνεντα.

## \* 20.

Ἄρευ δαΐφοβος δαΐκτηρ.

## \* 21.

Τὸ γὰρ  
Ἄρευι καταθάνην κάλον.

## \* 22.

Μῆξαν δ' ἐν ἀλλήλοις Ἄρευα.

## \* 23.

Ἄρευος στρατιωτέροις.

15) πόλιος. Duos versus, quos Schneidewinus cum Bergkio praemisit, nolimus recipere, quia ipsa poëtae verba incertissima sunt. Eandem ob causam omisimus fr. 16.

17) κρέτος τρέψαι τάχα τήν, Schn. ἀντρέψαι, vid. §. 12, 2.

19) ἑξαπτήνας.

20) δε' ὁ φόβος διακτήρ.

21) καταθανεῖν, Schn. κατθανεῖν, vid. §. 14, 1.

22) δε' ἀλλήλοις.

## 24. (9)

... " Ἀλκαῖος σῶος . . . . .  
 . . . . . Ἀρήϊ' ἔντεα δ' οὐκ (ἴσως)  
 αὐτὸν (δ') ἀλυκτόριον εἰς Γλαν-  
 κώπιον Ἴρον ὄνεκρέμασαν  
 . . . . . Ἀττικοί.

## 25. (67)

" Ἥλθεσ ἐκ περάτων γᾶς ἐλεφαντίναν  
 λάβαν τῷ ξίφεος χρυσοδέταν ἔχων.

## 26. (8)

Κτέννας ἄνδρα μαχαίταν βασιλήϊον  
 παλαισταν ἀπολείποντα μόνον μίαν  
 παχέων ἀπὸ πέμπων.

## 27. (27)

" Τὰ μὲν ὁ Ζεὺς, ἐκ δ' ὀράνω μέγας  
 χεῖμων, πεπάγαισιν δ' ὑδάτων ῥόαι.

— — — — —  
 — — — — —  
 κάββαλλε τὸν χεῖμων', ἐπὶ μὲν τίθεισ  
 πῦρ, ἐν δὲ κίρναισ οἶνον ἀφειδέως  
 μελιχρον, αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσα  
 μάλθακον ἀμφι(τίθη) γνόφαλλον.

24) Ἀλκαῖος σῶος ἄρει ἐνθαδ' οὐκ αὐτὸν ἀλυκτοριν ἐς Γλανκωπὸν ἰερόν ὄν ἐκρέμασαν; Schn. ἔντεα δ' οὐκ τὰ οἱ τὸ ἀλκροτον ἐς Γλανκωπὸν Ἴρον ὄνεκρέμασαν, in quibus offendit metrum insolitum, hexametri exitus spondiacus, intolerabilis hiatus τὸ ἀλκροτον, οὐκ vix Aeolicum. Ex iis, quae nos restituere ausi sumus, Ἀρήϊ' et φινὸν suspicatus est Welcker, Γλανκώπιον Dindorfius; de Ἀλκαῖος vid. §. 16; cum.nova voce ἀλυκτόριον i. e. scutum firmum confer Hesiodi ἀλυκτοπέδα, de junctura versuum Alcaicae strophae tertii et quarti vid. fr. 11, in universum cf. Mus. Rhen.

26) Ἀντιμενίδαν φηοῖν Ἀλκαῖος, — πτείναντα — ἄνδρα μαχαίταν βασιλήων παλαισταν (Schn. e cod. παλαστάν) ἀπολιπόντα μόνον ἀνίαν τ' ἀχέων (cod. παχέων) ἀποπέμπων; de ἀπὸ, quod nos pro ἀπὸ scripsimus, vid. §. 12, 7.

27) ὠρανῶ. — πεπάγαισιν, vid. §. 10, 5.

## 28. (29)

Οὐ χροῖ κάκοισι θυμον ἐπιτρέπην·  
 προκόψομεν γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι.  
 ὦ Βύκχι, φάρμακον δ' ἄριστον  
 οἶνον ἐνεικαμένοις μεθύσθην.

## 29. (32. 33)

Ἄλλ' ἀνήτω μὲν περὶ ταῖς δέraisιν  
 περθέτω πλέκταις ὑποθύμιδάς τις,  
 καθ' δὲ χεράτω μύρον ἄδν κατ τῷ  
 στήθεος ἄμμι.

## 30. (5)

Τὸν κακοπάτριδα

Πίττακον πόλιος τᾶς ἀχόλω καὶ βαρυδαίμονος  
 ἐστάσαντο τύραννον μέγ' ἐπαινεῖτες ἀόλλεες  
 ἀθρόα υ υ φάνα.

## 31. (28, a et \* v. 4. 5 Sapph. 48 N.)

Τέγγε πνεύμονα Φοίνω· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται,  
 ἅ δ' ὦρα χαλέπα, πάντα δὲ δίψαισ' ὑπὰ καύματος.  
 ἄχει δ' ἐκ πετάλων Φάδεα τέττιξ, πτερόγων δ' ὑπα  
 κακχέει λυγύραν . . . . . αἰοιδαν . . . . ὄπποτα

\* φλόγιον καθέταν ἐπιπτάμενον καταυδείη.

ἄνθει δὲ σκόλυμος· νῦν δὲ γυναῖκες μιαιώταται,  
 λέπτοι δ' ἄνδρες, ἐπεὶ καὶ κεφάλαν καὶ γόνα Σείριος  
 ἄζει.

28) μῦθον. — ἐπιτρέπειν, vid. §. 14, 1.

